This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google




Digitized by Google

BL 3/2257

19664

# Petronius - Arbiter

Digitized by Google

Digitized by Google

346789

# T. PETRONI ARBITRI
in Dalmatia nuper repertum
# FRAGMENTUM
cum epicriſi & ſcholiis

TH. REINESI.

ad

*Illuſtriſſ. & Excellentiſſ.*

DN. JOH. BAPT. COLBERT,
Regi Chriſtianiſſimo à Sanctioribus Conſi-
liis, ſummiqve Galliarum Ærarii Moderato-
rem prudentiſſimum & integerrimum.

*Acceſſerunt ex Edit. Upſalienſi*
*V. C. Joh. Schefferi Argentin. Notæ.*

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON 1887

LIPSIÆ,
ſumtibus LAUR. SIGISM. CÖRNERI,
Literis Chriſtiani Michaelis,
Anno M. DC. LXVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

*ILLUSTRISSIMO, ET EXCELLENTISSIMO*

DOMINO

DN. JOH. BAPT. COLBERT,

REGI CHRISTIANISSIMO à Conſiliis Sanctioribus, ſummi etiam Galliarum Ærarii Moderatori prudentiſſimo integerrimoque

*Doctrinarum & Virtutum omnium confugio*

PATRONO INDULGENTISS.

THOMAS REINESIUS D. Sereniſs. Elect. Saxon. Conſil.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE DE LYON



Digitized by Google

QVem eminus inter Orbis Gallicani Sidera hactenus contemplari tacitaque veneratione proſequi & admirari cepimus, quotquot in hiſce Germaniæ oris Liberalibus Studiis nomina dedimus, & quęcunque habere exiſtimamur, iisdem debemus, Eum cominus intueri, audire, adire, adloqui poſſe in magna felicitatis parte ponendum utiq; eſſe, & quibusvis Bonis expetibile vel inter prima, nemo diffitebitur. Mihi Dei Omnipotentis munere (huic enim potius tribuere jubet Pietas, quam Fortunæ cæcæ, iniquę, verſatili & fallaci rerum humanarum arbitræ creditæ) plus

con-

Digitized by Google

contigiſſe,& majora multò quā ſperare potui in ſinum , etiam quem nondum pandiſſem, confluxiſſe, Tuo inprimis *Illuſtriſſ.* & *Excellentiſſ.* DOMINE, ſingulari prorſus favore, ſatis intelligo; agnoſcere autem ſatis & pro valore impreciabili æſtimare ſatis,& prædicare nequeo. Sive enim faſtigium iſtud,eminentemque dignitatem, in qua REGIS CHRISTIANISSIMI indultu & gratia, proba Virtutum tuarum æſtimatrice, conſtitutus latè coruſcas, ſuſpiciam; ſive inuſitatæ Benignitatis , quam novo, & in ſecula mittendo,exemplo adverſus hominem hunc exerces, animo meo ſubeat cogitatio; ſive humilitatem meam conſiderē,

 hor-

Digitized by Google

horrore prehendor protinus, & confuſus oppreſſusque rei magnitudine procumbo. Nimirum cum arduis Regni negotiis impoſitus, ſaluti ejus Te tuasque curas omnes inpendere ſoleas; in eam tamen præcipuè incumbis, ut quod à bonis Literis in Reſpublicas manere compertũ habes ſplendoris & vigoris, id verò non tantum ſollicitisſimè cõputes, inquiras, procures; ſed & REGI Maximo, ut eandem rei pulcerrimæ utilisſimæq; dignationem habere velit, perſvadeas, Huic verò inſtituto tuo laudabili & ſaluberrimo luculẽtũ teſtimoniũ vel GERMANIA perhibuerit, & in ea Viri Docti omnis elegãtis Eruditionis cultores quã-

plures,

pluresꝫ quos favore tuo provehi, ornari, & Regiæ munificētiæ ad-moveri dignos exiſtimaſti; pro quo adfectu, quantum Tibi de-bēdi reæ ſint, æterna erit Litera-rum confeſsio. Beneficiariis iſtis veſtri Regis judicio & inclina-tione tua potiſsimùm me quo-que accenſeri nuper accidit; fe-ciſti, puto, ne vel facultas bene-faciendi exhauſta, vel voluntas laſſata videri poſſet, & ut teno-rem Bonitatis & Conſtantiæ im-prępeditum, inconcuſſumq; ſer-vare intelligereris, emeritis vitæ ſtipendiis, annis gravem, & in extremo ævi cardine Senem, à quo quidquam operarum, vel meritorū fruſtra expectaveritis, nexu inſolubili Tibi obligaſti.

Non ſufficiebat, quod REGI Maximo me ſecretum à turba oſtẽdiſſes, & ſecundas egregiè agente Per-Illuſtri Dn. CAPELLANO commendaſſes, etiam effectum Patrocinii tui, imperrato dono Regio, præſtitiſti, & ne quid deeſſet ad cumulum graviſſimis literis, (ferè dixerã *amiciſſimis*; ita non multò ſecus atque in privati hominis modũ ſcriptæ ſunt) voluntatem Munificentiſſimi Donatoris mihi ſignificare non ſubterfugiſti: quæ ſi vel cogitem univerſa, vel tractem ſingula, cogor, pro inæſtimabilibus habere, eoque ad gratiarum vel agẽdarum inopiam me redigi ſentio. Quis enim ulla gratitudine adſequi præſumat adeò exuberan-

ran-

Digitized by Google

rantem gratiam? Invicta ea eſt, & debitorem in nervo detinet æternùm. Hunc ILLUSTRISS. DN. animum Tibi profiteri poſſum ſolùm; cæteris quæ ratio poſcebat, & ingẽs meritum tuum, defectus & fœneus. Profiteor eum, inquam, & quantum virium DEUS indulſerit, præſtabo incorruptũ, dùm advixero, omnibus. Promiſſi hujus & obſervantiæ meæ pignus, quod ſolenni Patronos honorantium Clientum more offerri interim Tibi æqvum eſt, in privatis opibus non reperio nunc, præter *Cenſuram & Scholia brevicula ad Fragmentum PetronI è Dalmatia*, quæ paulò antè quam Veſtræ advenirent, prelo ſubjeceram. Debent



Digitized by Google

bent hoc Eruditi Literatoribus *Patavinis*, qui è bibliotheca *Cippicorum Dalmatarum* (olim *Cæpiones* adpellabant) acceptum primùm typis exſcribi fecerunt; in quod exemplum cum incidiſſet reconditioris literaturæ & amœnitatū omnium Conſultus *Nic. Heinſius*, ne poſſideret ſolus, in Svediā tranſmiſit ad V.C. *Prof. Regium Joh. Schefferum*, qui cura ſua dignum habitum iterum vulgavit, ſed paulò comtius, & cum eruditis Notis; ex hujus manu ad me pervenit; & quia rogabar ſententiam de novo dubiæque prætereà fidei ſcripto, *Amico* eam gratificari fas eſſe putavi; & inde natum mihi, quod hic exhibeo. Opinantur

de

de eo, uti fieri amat, alii aliter; magna manus Ineptorum, quòd ad farinam nihil facere ejuſmodi ſcitamenta putant, non contemnunt tantùm, nim. quod non intelligunt; verùm calumniantur etiam, dum adſequi deſperant, talium curioſos: Doctorum verò plerique Petronio ævi Claudiani ſine diſpectu adſcribunt; alii eidem ob ſtili inæqualitatẽ, ſuſpectam multis nominibus Latinitatem ſermonis, & nonnulla Romanis moribus difformia abjudicant, & inter figmenta ludicra, quod genus hominum otioſorum feſtivorumqve vanitas, & exceſſus Gratiarum ſolet extrudere, rejiciunt. Ipſe neglectis faſtuoſis iſtis & indola-

dolatilibus, ab utriſque diſcedendum eſſe vidi,&medio incedendum; temperamentoque hujus judicii robur, quà potui, adſtruxi *Præfatione ad Lectorem*, & *in Scholiis*: per quæ ſubinde prodigioſè corruptorum à Librario emaculationes, diſtortorum luxatorumque reſtitutiones, verarum lectionum adſertiones, obſcurorum explicationes, & alia quantivis precii annotamenta advertentur. Hoc me curaſſe ſumma fide & induſtria, ut Petronio ſua redderentur, aliena & inſulta ſecernerentur, opuſculum autem multæ eruditionis Seculo noſtro commendaretur, adfirmo verè; ſi qua conatui illuſit facultas, veniam,

ſpero,

Digitized by Google

ſpero, dabunt æqui Judices, ſuâ perſpicacia meam avidentiam Lectoris bono ſublevabunt, conferentque ſine invidia, quicquid rei conducere, & ſenſa ſcriptoris nonnunquam involuta explanare poſſe judicaverint. Ei vero Illuſtrisſimum nomen tuum, DOMINE, præſcripſi, tàm ut aliquod gratitudinis adverſus Te extaret ad Poſteros monumentum, quàm ut ſcriptum, quod à vetuſtate habet autoritatem, à novitâte gratiam habere debet, Tuo potisſimum patrocinio fultum tectumque procederet. Deprecarer cnlpam audaciæ, niſi ſingularis humanitatis tuæ fiducia, qua ſuſtentor, alia omnia ſperare juberet; Peccare

etiam

etiam, in mores tuos videbor, ſi quod facis antè, benignè habere literas, occurrere deſideriis Clientum, eorumque operas ſereno vultu excipere, Te hortarer. Quod ſupereſt, Illustrissime & Excellentiss. Dn. complectar voto: DEUS OPT. MAX. Te ſervet incolumem quàm diutisſimè, commune Galliæ & poſteritatis cujuscunque Bonum; hujus dum foves Literas: Illius dum inſervis REGI. DEUS, ajo, Te ſervet, & omnia quæ cogitas, quæ dicis, quæ facis ad honorem ter Sancti ſui nominis, & Regni ſalutem evadere, Te verò conſiliorum actionumque proſperrimis



Digitized by Google

nis ſucceſſibus longum interſſe, & gloriosè lætari clementer indulgeat. Scrib. Lipſiæ 25. April. St. vet. anno

cIↄ Iↄc LXVI.

LECT.

Digitized by Google

Digitized by Google

# LECTORI PHILOLOGO
## S. P. D.

*COEnam C. Pompei Trimalcionis, è ſervili genere inter Libertos, à ſordibus in rem lautam & ad SeViratum usq; in Colonia provecti, hominis* τρυφερȣ͂ καὶ ἀλαζόνος, *argumenti Satyrico ſuo, narrationi fictæ, partem fecerat* T. Petronius Arbiter, *ſcriptor ævò Neronis doctiſſimus, nitidiſſimus, lepidiſſimusq́, imitatus (quando & hoc noſſe intereſt) Publium Mimorum Poëtam ſalibus & dicacitate, Cœnarum etiam compoſitione,* Plin. l. VIII. c. 5. *nobilem. Eam in excuſis libris omnibus hactenus mutilam legimus, quippe compertô prorſus planiſſimè, exitum ejus, interſperſas epulis fabulas potorum ebriorumque, & ludicra interim exhibita convivis periiſſe, aliunde expleri deſiderantes. Id*



Digitized by Google

*verò ne faciamus porrò, beneficium eſt Typographi Patavini* Pauli Frambotti. *Hic enim repertum Tragurij apud Dalmatas in Bibliotheca Cippicorum inſigne fragmentum, Petronianis editis connectendum, anno ſuperiore ex apographo conceſſo operis ſuis & ſumtu communicavit: quem ſecutus in Svecia* Vir eruditus, *hortatore* N. Heinſio, *iteravit editionem Upſaliæ, adjectis Notis neceſſariis, Diſſertationeq; ſuper vero ejus auctore comtâ ſatis & curiosè inſtructâ; in qva cum* πολὺν ῥεμβασμὸν *& inclinationem in contraria obſervare qvisq; posſit, rimari omnia odioſiùs incivile fuerit; diſputare autem contra utramq; contradictoriarum tenentem, & hoc ipſo nihil* λευκῶς *adſerentem futile & ſupervacaneum. Interim laudamus ſi* ἀῤῥεψίαν, ἐποχὴν *&* ἐπίσχεσιν, *quam profiteri oportuit liquidiùs, judicii ſui temperamentum eſſe voluit. Certè aliter decidenda eſſe cauſa videtur; nimirum, ut inde*

*exor-*

Digitized by Google

*xordiar & finem dicendi poſt pauca fa-
iam, multò maxima pars ejus fragmenti
Petronio rectè tribuitur; quod nemo eo-
rum, qui vel levem deliciarum ejus gu-
ſtum habent, negaverit; per omnes etiam
pene paginas doceri id poſſet; idemq́; cu-
ratiſſimè præſtitum in Edit. Upſalienſi.
Cæterum mangonium aliquod, perinde ac
in aliis prima notæ ſcriptoribus multis,
quos gloſſemata inficeta ſubinde deformâ-
runt, hîc interveniſſe & ejus aliquam par-
tem Petroniaſtri alicujus eſſe, Arbitrum
imitari & exhibere, velut in ſcena Mercu-
rius Soſiam, auſi & apti ſatis, manifeſta fi-
des eſt. Is cum in fragmenta Arbitri præ-
ter ea, quæ dudum collecta dederunt Com-
mentatores, incidiſſet, hiatus in Editioni-
bus conſpicuos impleri ſic poſſe ratus, ea
utcunq; connexuit: quod ut fieret ſine of-
fenſa lectoris, fingere aliqua & infulcire
de ſuo formandis ſententiis integrandisq́;
membris, comminiſci etiam, quæ nunquam
facta meminerat, neceſſe habuit. Et hinc*

 *eſt*

Digitized by Google

*eſt ſumma illa inæqualitas ſermonis & puriſſimæ Latinitati ammixtæ extremæ Barbariei ſtribligines, non Auguſtei aurei, ſed plumbei illius, quod* Viros Obſcuros *inter Literas reſtoreſcentes illuſtrâſſe ſcimus, ſeculi, verba deculpata, inepti putidique archaiſmi, Græcanicæ literaturæ modica intelligentia, & quæ ſequi eam ſolet adfectatio odioſa & pravæ prorſus adplicatio, nonnunquam mimica & ridicularia: Scio*, magnis quoque auctoribus incidere aliqua vitioſa; (*rem notam de* Manilio, *de* Vitruvio, *de* Velleio, *de* Valerio Maximo, *fecerunt Cenſuræ eruditorum, à vulgo ſui temporis deſumſiſſe quædam, quæ non probarent Ipſi.) ſed ea & rara & tanquam conniventibus ſurrepſerunt: ſimul etiam hoc, à ſerio & emendati ſermonis ſcriptore Latino non potuiſſe dici, quæ hîc occurrunt totis agminibus infeſta & horrida Latinis auribus, etiam poſtquam purgata fuerint;* faplutus, *p. 8.* ſcordaliæ,

Digitized by Google

iæ, *p. 30.* bacaluſiæ, *p. 12.* libra rubricata, *p. 18.* excattariſſare, *p. 39.* debattuere, *p. 40.* faſtiditus ſtudia, *p. 20.* adjutaſſes nobis, *p. 33.* baci ballum, *p. 32.* manuciolus, vaccato *p. 35.* martiolus, *p. 23.* caldicor, *p. 17.* ſtrabonus, *p. 40.* ſcelio, *p. 22.* apoculanius, *p. 33.* ego me apoculo, *p. 30.* barcalæ, *p. 39.* babæcali, *p. 9.* inſpecioſus, *p. 47.* ſtaminatæ, *p. 13.* gingilipho exſonare *p. 45.* tangomenas facere, *p. 7. 46.* cœlus, *p. 10.* vaſus, lorus, *p. 28.* Fatus malus, *p. 14. 42. 50.* literæ theſaurum eſt, *p. 19.* facere ad ſtellas, *p. 32.* qvod ſurſum eſt deorſum facere, *p. 35.* barbatoriam facere, *p. 46.* ſtertera, *p. 48.* offla crucis, corvorum cibaria, *p. 29.* capere ſibi cerebellum, *p. 49.* per ſcutum per ocream egraginare, *p. 33.* ut ſatisfacerem domino homini maliſto & dignitoſo, *p. 28.* qui te hæc docet muſtius, non magiſter, *p. 30.* *quorum pleraq́, quæ curâ & notitiâ aliqua dignâ adparebant,*

in

in Scholiis *recenſui, excuſſi, reſtitui, ſuisq́ue auctoribus & temporibus, quantum licuit, reddere conatus ſum. Facilè autem credidero Petronio, etſi minimè omnium nugaci, cenſori autem nugarum & vitiorum acriculo, excidere potuiſſe aliquot inſulſos frigidosq́ue jocos, petitos è trivio, nullâ eruditione conditos, ineptas recitationes & ἀνιστορησίας,* de Niobe equo Trojano incluſâ à Dædalo, *p. 23.* de origine æris Corinthii ſub Annibale, *p. 22.* Mathematicen Trimalcionis, *p. 10. 11.* Philoſophiam ejus, *p. 26. 27. phyſicen ejusdem περὶ πορδῆς, p. 19. narrationes ridiculoſas* de menſura ſui ad candelabrum & unctione labri de lucerna *ad barbam celeriùs producendum, p. 48.* de facto ex homine lupo, *p. 33.* de ſtrigarum maleficiis circa cunas infantiles, *p. 34. 35.* de Homeriſtarum argumento *p. 30. 31.* de eſu urſinæ carnis *p. 38. Inducere enim hominem inſubidisſimum, decumanum λαπιστὴν Trimalcionem, nequam ſer-*

*vos*

Digitized by Google

*os & mulierculas ejusdem farinæ, à qui-*
*us in vino & joco nihil ſerii, honeſti,*
*omti & docti expectari poſſet, propoſue-*
*at; at* Παροιμιωδῶν *in brevi ſcripto*
*nagnus adeò numerus, majorq́ multò,*
*uàm in toto Satyrico, quantum hodie eſt,*
*oſt variorum tot collectas, repertus fa-*
*ere poteſt, ut Petronio, ne tam in Orato-*
*ia leges ipſe dicendi magiſter peccarit, id*
*ſcriptionis genus* ἀδεῶς *& ſimpliciter ab-*
*judicemus. Ea verò ipſa qualia, quæsò,*
*ſunt? Certè nec antiqua nec apud mediæ*
*ætatis ſcriptores Latinos Græcósve lecta,*
*ſed pleraq́ tracta à vulgo ſubroſtrano-*
*rum & è Jano ſive medio ſive infimo,*
φορτικὰ καὶ σαπρὰ, *infeliciter arguta,*
*Petronii verò urbanitate & genio indi-*
*gniſſima:* Colonia hæc creſcit retro-
verſus ut coda vituli *p. 16. cum eam prio-*
*re ſtatu & felicitate excidiſſe & decreviſ-*
*ſe dicere vellet;* curris, ſtupes, ſatagis
tanquam mus in matella *p. 30.* inflat ſe
tanquam rana *p. 47.* qui fuit rana nunc

 eſt.

eſt rex *p. 50.* calda potio veſtiarius eſt, *p. 13.* homo qui non valet lotium ſuum, *id eſt, nihili, p. 28.* in molli carne naſcuntur vermes, *p. 26. i. e. divites & delicati facilè iraſcuntur.* Qui in pergula natus eſt ædes non ſomniatur, *p. 47. i. e. humilis natu alta non ſapit vel affectat:* nunc hoc eſt calidum mejere & frigidum potare, *p. 37.* in manu illius plumbum aurum fiebat, *p. 14.* qui aſinum non poteſt, ſtratum cædit: colubra piſcem non parit, *p. 17.* aſinus in tegulis, *p. 34.* in alio pedicellum (*feſtucam*) in te ricinum (*trabem*) non vides, *p. 28.* ſtrabones qui holera ſpectant, lardum tollunt, *p. 11. cujus originem* (*ſignificatio enim aperta eſt de aliud ſimulantibus, agentibus aliud*) *ſi quis quærat, ei nec ad Græcos nec ad Latinos eundum eſt, quippe quibus holera cocta cum porcina non fuere inter edulia; ſed in Germanorum Italorumq́, quà Germaniæ confinales ſunt, victu eſſe meminerit,*

Digitized by Google

*erit, & hiſce ideò proprium vernacu-
umq; proverbium, ignarum Petronio. Ea-
demq; planè ratio eſt* Formularum, *quæ
crebérrimæ occurrunt, non πῖνον ullum
vetuſtatis eruditæ referentes, ſed exuccæ
exangueſq;, & vel adultâ æſtate frigen-
tes, maleq; accerſitæ:* Scitis quid dicam;
taceo, quia non ſum de glorioſis, *p. 48.
cum multa ſe premere intelligi vellet:*
Sed, tace lingua: panem dabo, *p. 40.* Ita
ſatur pane fiam, *p. 30.* Ita me ſalvum ha-
beatis, *p. 40.* Ita bene moriar, aut popu-
lus per exitum meum juret, *p. 30.* ma-
gis, quod bene moriar, *fuit, p. 32.* tan-
quam hoc loco, ſalvum ſit quod tango,
mediam trajecit, *p. 34. quod à ſuo corpore
plagam avertentis eſt:* ita Genium meũ
propitium habeam, *p. 47. Præterea per-
penſius cogitandum propono Doctis, quod
obſervare videor in Oeconomia ſive di-
ſpoſitu Cœnæ hujus; eſſe in ea alia qua-
dam, quæ Arbiter ne quidem ſomniare po-
tuit. Poſt recenſita à vetere Petronio fer-
cula,*

Digitized by Google

*ſula, tanquam ſolutâ cœna, hic* aper primæ magnitudinis *adponitur, p. 12. mox* ſus ingens tomaculis & botulis fartus *p. 21. 22. tùm* apophoreta *p. 27. ad hæc* vitulus elixus, *p. 31. &* matteæ *p. 36. &* ſecundæ menſæ *p. 39. Cum autem mattea ultimum cœnæ conficerent, post tertium miſſum,* ὕϛαλον ἐπὶ πᾶσιν εἰσφερομέναι *ut ex* Athen. l. 14. *notum eſt; indeq́ Molpis Lacedæmonius* ματτύας *exponit* ἐπιδειπνίδας; *quî factum ut p. 41.* epidipnis è turdis fartis ſiligine, uvis paſſis, & nucibus; è cydoniis confixis ſpinis, anſere altili, circaq́; piſces & omniũ avium genera *demum adferatur? Non cadit in Petronium ea inſcitia (niſi ſi eam ſimulare dicere lubeat, cum omnia hîc ſub fictione agantur) ut tres* παραθέσεις *ſeu miſſus cujusq́ cœnæ, & præter hos epidipnida, quod patet è* Mart. l. 8. ep. 32. *mattyas autem & epidipnida easdem eſſe ignoraret; ſunt iſta ab interpolatore, vel ſemidocto vel* φιλοκαίγμονι, *qui menſam breviorem & ſim-*

*plicio-*

Digitized by Google

*ſciorem viſam è corraſis undiq; convi-*
*viorum catalogis & deſcriptionibus auge-*
*i poſſe credidit & conſtipavit huc, inter-*
*ectis ſubinde Petronianæ elegantiæ floſcu-*
*is (nec enim negandum id eſt.) præter ra-*
*ionem, quicquid ſub manum veniſſet,*
*tiam maximè diſſonum & incongruens*
*Petronio. Mirum autem quod quindecim*
*lla fercula ad faces & buccinas exhibita*
*n nuptiis Trivultianis Mediolani ab H.*
Barbaro *mutuari omiſerit; certè huc fa-*
*ciebant. Eandemq; notam meretur, quod*
*de Colliberto Trimalcionis opulento & qui*
*tùm* octingenta ſua poſſideret, eum de
nihilo creviſſe; divitem autem factum,
quòd incuboni pileum rapuiſſet & inve-
niſſet theſaurum *narratur p. 19.* Incubo-
nem *vocat* Δαίμονα οἰκίδιον, *Larem do-*
*meſticum, quem vulgò* coboldum *nomi-*
*nant*, (Auguſtinus l. 15. de Civ. D. c. 32.
*vulgò Silvanos & Faunos adpellari* incu-
bos *dicit*) *creduntq; curari ab eo domum,*
*inſtrui culinam, purgari ſtabula, jumenta*
*paſci*

Digitized by Google

*paſci & ornari, & quævis miniſteriorum genera exhiberi domino ædium, opesque conciliari; hæc ſuperſtitio, quâ hodieq; tenentur noſtrates, antiquis præſertim Gentilibus incognita inſinuatur iſthic; vel etiam tangitur fabula de Fortunati illius Utopici pileo & ſacculo, pueris ad cunas inter* νυννία *occentari ſolita. Utramvis admittamus, figmentum eſſe Petronio multò recentius ultrò diluceſcit. Ex eo verò, quod hiſtoriam de fabro vitreorum metalli duritie & ductilium p. 22.23.* Joh. Saresb. Præſul. Carnot. l. 4. Polycrat. c. 5. *è Petronio repetit, non ſatis firmiter colligitur, hoc ipſum Fragmentum viſum Carnotenſi fuiſſe: qvin verba noſtri ex iſtius effuſis ſubſtricta contractaq; non eodem tenore elegantiâq; decurrere, ſed archaiſmô barbariſmôq; inquinata & recentioris ſeculi auctorisq; eſſe cuivis comparanti innoteſcit. Non ſollicitabo fidem relationis, etſi de ejus veritate dubitet ipſe; nam & apud* Iſidorum l. 16. Orig. c. 15. & Petrum Damiani l. 4. ep. ult. p. 385. *diſſi-*

*mulato*

Digitized by Google

*mulatô tamen nomine PetronI (fortasſis, quòd à quibusdam ſeveræ frontis ob nudas nequitias & accuratam ſpurcitiem damnatum norant) legitur: ſaltem alio exemplari ſive Gallicô ſive Anglicanô, non hoc Traguriano, quod putant & ſupponunt Viri docti, uſum eſſe Saresberienſem tandem deprehendo. Nam l. 8. c. 7. eum qui de porco Trojano, aliis animalibus gravido, luxûs cauſa parato & illato menſis, doceri velit,* cœnam Trimalcionis apud Petronium ingredi *jubet; at ejus generis porcum neq; editiones PetronI, neq; Fragmentum hocce usquam vel nominant, vel deſcribunt: quod tamen perſvadere nobis voluit* Frambottus; *nimirum botulos habens pro animalibus, & turdos vivos tantisper clauſos in ventre porci pro hujus fartura. Sed de hoc ſentiat quisq; quod volet;* ἀμφολερίζει γὰρ ἡ λέξις τȣ͂ Πολυκρατικȣ͂. *Liquere nunc igitur puto, quod initiò dixeram, ſimul cum Petronio Petroniaſtrum datum eſſe. Hominem adeo libe-*

Digitized by Google

*liberalem ut poſſidere ſolus noluerit, adeò felicem ut repererit, quod ſecula tredecim obruerant, digitò non poſſum oſtendere; locum tamen in quo mimum iſtum compoſuerit jam ſubindicavi. Vixerunt ante annos ducentos, quâ ætate circumſcribunt Codicem Traguarienſem, in Italia literatores illuſtres plurimi, inter Venetos & Patavinos inprimis memorabiles & de Latinæ linguæ cultu bene meriti, quos à* Scardeonio, Jovio, Tomaſino *petere quisq;, intextos etiam* Peplo Italiæ Joh. Mariæ Toſcani *inſpicere poteſt. In turba eorum quidni fuerint, qui Petroni linguam intelligere & imitari lepores poſſent? Saltem cogitemus* Poggios, Aretinos, Gvarinos, Vallas, Philelfos, Panormitas, Beroaldos, Politianos, Picos, Barbaros, Sabellicos, Pios, Cœlios, Pontanos, *quibus nec acumen ingenii, nec varia eruditio defuit, nec liberalium facetiarum gratia, nec Barbarici ſermonis, quem modò dedidicerant & vernacularum ſuavitatum Latinis interjiciendarum notitia. Et*

*bono*

*mo igitur jure injuria reputari poſſit*, *uod* Frambottus *præfatur*, ei ſeculo on adeò ſapuiſſe Rom. ſermonis lauti-as; ut PetronI famam aſſuere voluerint ıcubrationibus ſuis eruditi Viri. *Sit ita: on citent iſti* PetronI Satyricon: *quis ıde ſanus colliget, etiam ignoraſſe? Non itant autem, quia pietatis obtentu publi-a conſpiratione eum infamaſſent majo-es; quam tamen cenſuram contemſerunt Grammatici*, Servius, Diomedes, Acro, Priſcianus, Iſidorus, Fulgentius *& ſi qui ılii ſunt*, D. Hieronymus *quoq;, qui cum Petronio fuiſſe, ejus teſtimonio uſi, profi-tentur. Fortaſsè benigniùs judicavi de fartore iſtius centonis & præter meritum ad eorum, quos laudavi, tempora retuli. Obſtat enim conjectura non minus proba-bilis nec abſurda, videri poſſe, præteriti vel etiam currentis ſeculi fetum eſſe, qui cum ſub plurium manibus in hanc ſtatu-ram ſurrexiſſet edi tandem hoc ſuo tempo-re & ſeculo intemperantia literarum labo-*

 *rant*

Digitized by Google

*ranti ac novitatis avido debuerit. Et hoc ipſum neq; nos ſuſpicari deſinemus, donec* de ducentis ab hinc amplius annis *ſcripto exemplari fidem plenam nobis fecerit inventor ejus & inſtitor mercis Dalmaticæ* Statileus: *quod niſi fiat, proximi erimus illudi ſibi, vanire ſub habitu veterum muſtea quædam, & fuco latebram quæri exiſtimantibus. Quod autem magnificè prædicant* lacunas pleraſq; & hiatus quibus laborant vulgati Codices, egregiè per hæc ſcripta impleri & complanari, *intrà verba res tota conſumta eſt, nec cujusquam expectationi ſatisfactum. Quæ enim p. 2. 4. 6. 7. offeruntur velut ſupplementa editorum-antè, ea parerga mera, ſuperamenta & inutilia* παρεμβλήματα *ſunt, corrumpuntq; ſententiam, non adjuvant aut perficiunt; idq; adparebit manifeſtò ſi vel non recipiantur in textum, vel recepta eijciantur. Utrinq; enim reliqua concinnè cohærebunt. Neq; auctorem Petronium habere poteſt id quod ſe*

*p. 7.*

Digitized by Google

p. 7. *oſtentat; qui enim paulò antè dixerat*, pueros Alexandrinos diſcubituris aqvam in manus nivatam infudiſſe, *quomodo dicit, quod* duo Æthiopes capillati vinum dederint in manus, aquam nemo porrexerit? *Nugæ ſunt iſtæ, malæ memoriæ hominis & ineptè riſum captantis. Fortaſſis dicere licuerit, ea quæ ita inter ſe pugnant, è duabus* ἐκδόσεσι (*ſic enim conſueverunt Scriptores veteres*) *in unam, Criticorum qui talia colligebant inadvertentiâ, conveniſſe. Frivolum quoq; iſtud p. 25. 26.* de inſcriptione, de diſticho Trimalcionis eum elego ſuo, de epigrammate; *Contrà bellè conſonant omnia, ſi iſta diſpungantur. Stupor etiam ibidem notari poteſt deſcriptoris, qui gnomen allatam pro diſticho & pentametrum pro elego commendat; neq; advertit* ῥῆσιν *iſtam*, Diſtichon, *&c. in autographi margine jacuiſſe, ad orationis verò ſeriem nihil facere: Idemq; alibi quoq; patratum eſſe liberè ſuſpicari licet. Et hac igitur acceſ-*

*ſione*

ſione Petronius nihil adjutus eſt; in reliquis quibus de
curſus Cœnæ narratur genuina ſcriptoris veteris & pri
mi à teſſellis noviciis (& interpolamento ludicro (luſu
enim hic inprimis quæſitus eſt ab otioſis & facetis litera
toribus) tàm rerum quàm verborum facilè diſcernen
tur. De re lubricâ & latebroſâ ità cenſemus; qu
verò prætereà dici ſupererat, in Scholiis, enarratu
ris tamen tantùm obſcuriora pauca & intacta No
tatoribus, commodiùs adparebunt LECTORI:
quo unum hoc ſummoperè contendimus, velit diſcre
pantiam à judiciis aliorum noſtram benè ferre, eam
que non libidinem diſſentiendi, ſed ſtudium veri
recti interpretari. Candidis elegantibusq; ingeni
hoc quicquid eſt operæ navavi, nec niſi hortatu t
lium, & in uſum talium; tetricorum & trivalium n
ſapientium ultrà quatuor partes, & nihil magis in d
liciis habentium quàm Latinè neſcire, omnem aute
orationem ſuam barbariſmis & ſolœciſmis inſtruer
ΟΥΔΕΙΣ ΛΟΓΟΣ; ad hæc ſtudiorum iſtas am
nitates, ſine quarum notitia cultuq; ſolidam eru
tionem nullam eſſe ſummi quique Viri judicarun
velut doctrinam vagam, incertam, & ſupervacua
ſivè ignorantia ſive malitia ea eſt, criminantium
contemnentium, contemtui jamdudum me para
Scr. Lipſiæ prid. KL. Febr. a°. CIↃ IↃC LXVI.

TH. REINESIU

PETR

Digitized by Google

# PETRONII ARBITRI FRAGMENTUM

## Traguriii nuperrime repertum.

* * *

VEnerat jam tertius dies, id eſt expectatio liberæ cœnæ. Sed tot vulneribus confoſſis fuga magis placebat, quàm quies. Itaq;, cum mœſti deliberaremus, quo nam genere præſentem evitaremus procellam, unus ſervus Agamemnonis interpellavit trepidantes: &, Quid vos, inquit, neſcitis hodie apud quem fiat? Trimalcio lautisſimus homo horologium in triclinio, & buccinatorem habet ſubornatum, ut ſubinde ſciat, quantum de vitâ perdiderit. Amicum ergo diligenter obliti omnium malorum, & Gytona libentiſſime ſervile officium tuentem usque hoc, jubemus in balneo ſequi. Nos interim veſtiti errare cœpimus, imo jocari magis, & circulis ludentum accedere; cum ſubitò *videmus ſenem calvum tunica veſtitum ruſsea, inter pueros capillatos ludentem pila. Nec tam pueri nos, quamquam erat operæ precium, ad ſpectaculum duxerant, quam ipſe pater familia, qui ſoleatus pila* praſina *exercebatur; nec amplius eam repetebat, quæ terram contigerat, ſed follem plenum habebat ſervus, ſufficiebatque ludentibus. Notavimus etiam res novas. Nam duo ſpadones in diverſa parte circuli ſtabant: quorum alter matellam tenebat argenteam, alter numerabat pilas, non quidem eas, quæ inter manus* luſu *expellente vibrabant, ſed*



Digitized by Google

*eas, quæ in terram decidebant. Cum has* ergo *miramur lautitias*, acourrit Menelaus, ] &, Hic eſt, inquit, apud quem cubitum ponitis; & quid jam principium cœnæ videtis? Et jam non loquebatur Menelaus, cum *Trimalcio digitos concrepuit; ad quod ſignum matellam ſpado ludenti* ſubiecit. *Exonerata ille veſica, aquam popoſcit ad manus; digitosque aſperſos paululum, in capite pueri terſit. Longum erat ſingula excipere. Itaque intravimus balneum, & ſudore* calfacti *momento temporis ad frigidam eximus. Jam Trimalcio unguento perfuſus tergebatur, non linteis, ſed palliis ex lana mollisſima factis. Tres interim jatraliptæ in conſpectu ejus falernum* potabant: & cum plurimum rixantes effunderent, Trimalcio hoc ſuum propinaſſe dicebat. *Hinc, involutus coccina gauſapa, lecticæ impoſitus eſt, & præcedentibus phaleratis curſoribus quatuor, & chiramaxio, in quo deliciæ ejus* vehebantur, *puer vetulus, lippus, domino Trimalcione deformior. Cum ergo afferretur, ad caput ejus cum minimis ſimphoniacis tibiis acceſſit: & tamqnam in aurem aliquid ſecretò diceret, toto itinere cantavit. Sequimui nos admiratione jam ſaturi, & cum Agamemnone ad januam pervenimus*, in cujus poſte libellus erat, cum hac inſcriptione fixus. QUISQUIS SERVUS SINE DOMINICO JUSSU FORAS EXIERIT, ACCIPIET PLAGAS CENTUM. *In aditu* autem *ipſo ſtabat oſtiarius praſinatus, ceraſino ſuccinctus cingulo. atque in argentea piſum purgabat. Super limen autem cavea pendebat aurea, in qua pica varia intrantes ſalutabat. Ceterum ego dum omnia ſtupeo, pene reſupinatus crura mea fregi. Ad ſiniſtram enim intrantibus, non longe ab oſtiarii cella,*

ictus canis ingens catena vinctus in pariete, ſuperque quadrata littera ſcriptum (CAVE CANEM) Et collegæ mei quidem riſerunt; ego autem collecto ſpiritu, non deſtiti totum parietem proſequi. Erat autem venalitium titulis pictum, & ipſe Trimalcio capillatus caduceum tenebat, Minervaque ducente Romam intrabat. Hinc quemadmodum ratiocinari didiciſſet, denique diſpenſator factus eſſet, omnia diligenter curioſus pictor cum inſcriptione reddiderat: In deficiente verò jam porticu levatũ mento in tribunal excelſum Mercurius rapiebat. Præſto erat Fortuna cornu abundanti copioſa, & tres Parcæ aurea penſa torquentes. Notavi etiam in porticu gregem curſorum cum magiſtro ſe exercentem. Præterea grande armarium in angulo vidi, in cujus ædicula erant Lares argentei poſiti, Veneriſque ſignum marmoreum, (poſitum) & pyxis aurea non puſilla, in qua barbam ipſius conditam eſſe dicebant. Interrogare ergo atrienſem cœpi, quas in medio picturas haberent. Iliada, & Odyſſeam. inquit, ac lenatis gladiatorium munus non licebat multatiam conſiderare. Nos jam ad triclinium perveneramus, in cujus parte prima procurator rationes accipiebat: & quod præcipuè miratus ſum, in poſtibus triclinii faſces erant cum ſecuribus fixi, quorum imam partem quaſi embulum navis æneum finiebat, in quo erat ſcriptum. CN. POMPEIO TRIMALCIONI SEVIRO AVGVSTALI CINNAMVS DISPENSATOR. Sub eodem titulo, & lucerna bilychnis de camera pendebat & duæ tabulæ in utroque poſte defixæ; quarum altera, ſi benè memini, hoc habebat inſcriptum: III, ET PRIDIE KALENDAS IANVARIAS CN. NOSTER FORAS COENAT. altera Lunæ cur-

Digitized by Google

*ſum; ſtellarumque ſeptem imagines pictas, & qui dies boni, quique incommodi eſſent, diſtinguente bulla notabantur.* His repleti voluptatibus, cum conaremur in triclinium intrare, exclamavit unus ex pueris, qui ſuper hoc officium erat poſitus: Dextro pede. Sine dubio pauliſper trepidavimus, ne contra præceptum aliquis noſtrum limen tranſiret. *Cæterum*, *ut* pariter *movimus dextros greſſus, ſervus nobis diſpoliatus procubuit* ad *pedes, ac rogare cœpit, ut ſe pœnæ eriperemus, nec magnum eſſe peccatum ſuum, propter quod periclitaretur. Subducta enim ſibi veſtimenta diſpenſatoris in balneo, quæ vix fuiſſent decem ſeſtertiorum. Retulimus ergo dextros pedes, diſpenſatoremq;* in precario *aureos numerantem deprecati ſumus,*ut *ſervo remitteret pœnam. Superbus ille ſuſtulit vultum, & , Non tam jactura me movet, inquit, quàm negligentia nequiſſimi ſervi. Veſtimenta mea cubitoria perdidit , quæ mihi natali meo cliens quidam donaverat, Tyria ſine dubio, ſed jam ſemel lota. Quicquid ergo eſt, dono vobis. Obligati tam grandi beneficio cum intraſſemus triclinum, occurrit nobis ille idem ſervus, pro quo rogaveramus, & ſtupentibus ſpiſſiſſima baſia impegit, gratias agens humanitati noſtræ. Ad ſummam, ſtatim ſcietis, ait, cui dederitis beneficium, vinum dominicum miniſtratoris gratia eſt. Tandem ergo diſcubuimus, pueris Alexandrinis aquam in manus nivatam infundentibus, aliiſque inſequentibus ad pedes, ac paronychia cum ingenti ſubtilitate tollentibus. Ac ne in hoc quidem tam moleſto tacebant officio, ſed obiter cantabant. Ego experiri volui, an tota familia cantaret. Itaque potionem popoſci: paratiſſimus puer, non minus me acido cantico excepit, & quiſquis aliquid rogatus erat, ſic daret, panto-*
mimo-

nimorum non partis familiæ triclinium crederes. Allata eſt tum guſtatio valdè lauta. Nam jam omnes diſcubuerant præter unum Trimalcionem, cui locus novo more primus ſervabatur. Ceterum in promulſidari aſellus erat Corinthius cum biſaccio poſitus, qui habebat olivas in altera parte albas, in altera nigras. Tegebant aſellum duæ lances, in quarum marginibus nomen Trimalcionus inſcriptum erat, & argenti pondus. Ponticuli etiam ferruminati ſuſtinebant glires melle, ac papavere ſparſos, fuerunt & tomacula ſupra craticulam ferventia argenteam poſita, infra craticulam, Syriaca pruna cum granis punici mali. In his eramus lautitiis, cum ipſe Trimalcio ad ſimphoniam allatus eſt, poſitusque inter cervicalia munitisſima expresſit imprudentibus riſum. Pallio enim coccineo adraſum excluſerat caput, circaque oneratas veſte cervices laticlaviam immiſerat mappam, fimbriis hinc atque illinc pendentibus. habebat etiam in minimo digito ſiniſtræ manus annulum grandem ſubauratum, extremo vero articulo digiti ſequentis minorem, ut mihi videbatur, totum aureum, ſed planè ferreis veluti ſtellis ferruminatum. Et ne has tantum oſtenderet divitias, dextrum nudavit lacertum armilla aurea cultum, & eboreo circulo lamina ſplendente connexum. Vt deinde pinna argentea dentes perfodit, Amici, inquit, nondum mihi ſuave erat in triclinium abſens more vobis venire, ſed ne diutius abſentivus eſſem, voluptatem mihi negavi. Permittetis tamen finiri luſum. Sequebatur puer cum tabula terebintina, & criſtallinis teſſeris, notavique rem omnium delicatiſſimam. Pro calculis enim albis, ac nigris, aureos argenteosque habebat denarios. Interim dum ille omnium textorum dicta inter luſum conſumit, guſtantibus adhuc nobis repoſitorium allatum


Digitized by Google

*eſt cum corbe, in* quo *gallina erat lignea patentibus in orbem alis, quales, quæ* incubant *ova. Acceſſere continuo duo ſervi, & ſymphonia ſtrepente ſcrutari paleam cœperunt; erutaque ſubinde pavonia ova diviſere convivis. Convertit ad hanc ſcenam Trimalcio vultum: &, Amici, ait, pavonis ova gallinæ juſſi ſupponi, & mehercules timeo ne jam concepta ſint; tentemus tamen ſi adhuc ſorbilia ſunt. accipimus nos cochlearia non minus* ſelibras *pendentia, ovaque ex farina pingui figurata pertundimus. Ego quidem pæne projeci partem meam, nam videbatur jam in pullum coiſſe. Deinde ut audivi veterem convivam Hic neſcio quid boni debet eſſe, perſecutus putamen manu, pinguiſſimam ficedulam invenio piperato* vitello circundatam. *Iam Trimalcio eadem omnia luſu intermiſſo popoſcerat, feceratq; poteſtatem clara voce, ſi quis noſtrum iterum vellet mulſum* ſumere, *cum ſubito ſignum ſymphonia datur, & guſtatoria pariter à Choro cantante rapiuntur. Ceterum inter tumultum, cum forte* paraſis *excidiſſet, & puer jacentem ſuſtuliſſet, animadvertit Trimalcio, colaphisque objurgare puerum, ac projicere prorſus* paraſidem *juſſit. Inſecutus eſt lecticarius argentumque inter reliqua purgamenta ſcopis cepit verrere.* Subinde intraverunt duo Æthiopes capillati, cum puſillis utribus, quales ſolent eſſe, qui arenam in amphitheatro ſpargunt, vinumque dedere in manus, aquam enim nemo porrexit. *Laudatus propter elegantias dominus, Equum, inquit, Mars amat: itaque juſſit ſuam cuique menſam aſſignari. obiter, & pediſſimi ſervi minorem nobis æſtum freqentia ſua facient. Statum allata ſunt amphoræ vitreæ, diligenter gypſatæ, quarum in cervicibus pittacia erant affixa cum hoc titulo.*

ulo. *FALERNUM OPIMIANUM* NNORUM CENTUM. *Dum titulos per*gimus, *complosit Trimalcio manus*, & He *heu, inquit*, go *diutius* vivit vinum, quam homuncio! Quare ngomenas faciamus; vita vinum eſt: *Verum* pimianum *præſto; heri non tam bonum poſui, & mul*honeſtiores *cœnabant. Potantibus ergo, & curatiſſi*è *nobis lautitias mirantibus, larvam argenteam attulit* rvus *ſic* aptatam, *ut articulus ejus, vertebræque* laatæ *in omnem partem* verterentur. *Hanc cum ſuper* nenſam *ſemel, iterumque abjeciſſet & catenatio mobilis* aliquot *figuras exprimeret*, Trimalcio *adjecit*

*He heu nos miſeros, quam totus homuncio nil eſt!*
*Sic erimus cuncti poſtquam nos auferet Orcus.*

*Ergo vivamus, dum licet eſſe bene. Laudationem fer*culum *eſt inſecutum, planè non pro exſpectatione ma*gnum, *novitas tamen omnium convertit oculos. Rotun*dum *enim repoſitorium duodecim habebat ſigna in orbe* diſpoſita, *ſuperque proprium, convenientemque materiæ* ſtructor *impoſuerat cibum: ſuper arietem, cicer arieti*num: *ſuper taurum, bubulæ fruſtum: ſuper geminos, te*ſticulos *ac renes: ſuper cancrum, coronam: ſuper leo*nem, *ficum africanum: ſuper virginem*, ſteriliculam: *ſuper libram, ſtateram, in cujus altera parte ſcriblita e*rat, *in altera placenta*: ſuper ſcorpionem, piſciculum marinum: *ſuper ſagittarium*, oclopetam: *ſu*per *capricornum*, in quo cornua erant, *locuſtam ma*rinam: *ſuper aquarium, anſerem: ſuper piſces, duos* mullos. *In medio autem ceſpes cum herbis exciſus favum* ſuſtinebat. *Circumferebat Ægyptius puer elibano ar*genteo *panem, atque ipſe etiam teterrima voce de* Laſerpicario mimo *canticum* extorſit. *Nos ut triſtiores ad* tam



Digitized by Google

*tam viles acceſſimus cibos, Suadeo, inquit, Trimalcio, cœnemus; hoc eſt jus cœnæ. Hæc ut dixit ad ſymphoniam quatuor tripudiantes* percurrerunt, *ſuperioremq; partem repoſitorii abſtulerunt; quo facto videmus infra, ſcilicet in altero ferculo, altilia, & ſumina, leporemque in medio pinnis ſubornatum, ut Pegaſus videretur. Notavimus, etiam circa angulos repoſitorij Marſyas quatuor, ex quorum utriculis garum piperatũ currebat ſuper piſces, qui in Euripo natabant. Damus omnes plauſum à familia inceptum, & res electiſſimas ridentes aggredimur. Non minus & Trimalcio ejuſmodi methodio lætus, Carpe, inquit. Proceſſit ſtatim ſciſſor, & ad ſymphoniam geſticulatus ita laceravit obſonium, ut putares* eſſem *Darium hydraule cantante pugnare. Ingerebat nihilominus Trimalcio lentiſſima voce,* Carpe, *Carpe. Ego ſuſpicatus aliquam urbanitatem totiens iteratam vocem pertinere, non erubui eum qui ſupra me accumbebat, hoc ipſum interrogare. at ille, qui ſæpius ejuſmodi ludos ſpectaverat, vides illum, inquit, qui obſonium carpit? Carpus vocatur. Ita quotieſcunque dicit Carpe, eodem verbo, & vocat, & imperat. Non potui amplius quicquam guſtare, ſed converſus ad eum, ut* quamplurima *exciperem, longe accerſere fabulas cœpi, ſciſcitarique quæ eſſet mulier illa, quæ huc, atque illuc diſcurreret. Uxor, inquit, Trimalcionis. Fortunata appellatur, quæ nummos modio metitur. Et modo modo quid fuit? Ignoſcet mihi genius tuus, noluiſſes de manu* illius *panem accipere. Nunc, quid, nec quare, in cælum abiit, & Trimalcionis topanta eſt; ad ſummam, mero meridie ſi dixerit illi tenebras eſſe, credet.* Ipſe neſcit quid habeat, adeò ſaplutus eſt; ſed hæc lupatria providet omnia, & ubi non putes, eſt ſicca, ſobria bonorum conſiliorum. Tantum auri vides;



Digitized by Google

eſt tamen malæ linguæ pica pulvinaris: quem amat, amat: quem non amat, non amat. Ipſe Trimalcio fundos habet, qua milvi volant, numorum numos: argentum in oſtiarii illius cella pluſ jacet, quàm quisquam in fortunis habet. Familia vero babæ! babæ! non me hercules puto decimam partem eſſe, quæ dominum ſuum novit. Ad ſummam, quemvis ex iſtis babæcalis in rutæ folium conjiciet. Nec eſt quod putes illum quicquam emere; omnia domi naſcuntur: lana: credræ: piper: lac gallinaceum ſi quæſieris, invenies. Ad ſummam, parum illi bona lana naſcebatur, arietes à Tarento emit, & eos curavit in gregem. Mel Atticum ut domi naſceretur, apes ab Athenis juſſit afferi. obiter, & vernaculæ, quæ ſunt meliuſculæ à Grecùlis fient. Ecce intra hos dies ſcripſit, ut illi ex India ſemen boletorum mitteretur; nam mulam quidem nullam habet, quæ non ex onagro nata ſit. Vides tot culcituas? Nulla, non aut conchiliatum, aut coccineum tomentum habet. Tanta eſt animi beatitudo. Reliquos autem collibertos ejus cave contemnas. Valde ſuccoſi ſunt. Vides illum, qui in imo imus recumbit? hodie ſua octingenta poſſidet; de nihilo crevit: ſolebat collo modo ſuo ligna portare. Sed quomodo dicunt, ego nihil ſcio, ſed audivi, quomodo incuboni pileum rapuiſſet, & theſaurum invenit. Ego nemini invideo, ſi qua Deus dedit, eſt tamen ſub alapa, & non vult ſibi male. Itaque proximè cum hoc titulo proſcripſit. C. POMPEIUS DIOGENES EX KALENDIS JULIIS COENACULUM LOCAT. IPSE ENIM DOMUM EMIT. Quid ille, qui liber-



Digitized by Google

bertini loco jacet? quam bene ſe habuit? non impropero. Ille ſextertium ſuum vidit decies, ſed malè vacillavit. Non puto illum capillos liberos habere; neq; mehercules ſua culpa, ipſo enim homo melior non eſt; ſed liberti ſcelerati, qui omnia ad ſe fecerunt. Scito autem ſociorum olla malè fervet, & ubi ſemel res inclinata eſt, amici de medio. Et quam honeſtam negotiationem exercuit, quod illum ſic vides exe? libitinarius fuit. Solebat ſic cœnare quomodo rex, apros gauſapatos opera piſtoria, viſcocos, piſtores. Plus vini ſub menſa effundebatur, quam aliquis in cella habet. Phantaſia, non homo. Inclinatis quoque rebus ſuis, cum timeret, ne creditores illum conturbare exiſtimarent, hoc titulo cautionem proſcripſit, IULIUS PROCULUS AUCTIONEM FACIET RERUM SUPERVACUARUM. Interpellavit tam dulces fabulas Trimalcio; nam jam ſublatum erat ferculum, hilaresque convivæ vino, ſermonibusque publicatis operam cœperant dare. Is ergo reclinatus in cubitum, hoc vinum, inquit vos oportet ſuave faciatis. piſces natare oportet. Rogo, me putatis illa cæna eſſe contentum, quam in theca repoſitorii videratis? ſic notus Vlyxes? quid ergo eſt? oportet etiam inter cœnandum philologiam noſſe. Patrono meo oſſa bene quieſcant, qui me hominem inter homines voluit eſſe. Nam mihi nihil novi poteſt afferri, ſicut ille feri culuſta mel habuit praxim. Cælus hic, in quo duodecim Dii habitant in totidem ſe figuras convertit, & modo fit aries. Itaque quiſquis naſcitur illo ſigno, multa pecora habet, multum lanæ: caput præterea du-

tum

Digitized by Google

rum, frontem expudoratam, cornu acutum. Plurimi hoc ſigno ſcholaſtici naſcuntur, & arieti illi, laudamus urbanitatem Mathematici; itaque adjecit. Deinde totus cœlus taurulus fit. Itaque tunc calcitroſi naſcuntur, & bubulci, & qui ſe ipſi paſcunt. In geminis autem naſcuntur bigæ, & boves, & colei, & qui utroſque parietes linunt. In cancro ego natus ſum; ideo multis pedibus ſto, & in mari, & in terra multa poſſideo. nam cancer, & hoc, & illoc quadrat; & ideo jam dudum nihil ſuper illum poſui, ne geneſim meam premerem. In leone cataphage naſcuntur, & imperioſi. In virgine mulieres, & fugitivi, & compediti. In libra laniones, & unguentarii, & quicunque aliquid expediunt. In ſcorpione venenarii, & percuſſores. In ſagittario ſtrabones, qui holera ſpectant, lardum tollunt. In capricorno ærumnoſi, quibus præ mala ſua, cornua naſcuntur. In aquario copones, & cucurbitæ. In piſcibus obſonatores, & rhetores; ſic orbis vertitur, tanquam mola; & ſemper aliquid mali facit, ut homines aut naſcantur, aut pereant. Quod autem in medio ceſpitem videtis, & ſuper ceſpitem favum, nihil ſine ratione facio. Terra mater eſt in medio, quaſi ovum corrotundata: & omnia bona in ſe habet, tamquam favus. Sophos univerſi clamamus, & ſublatis manibus ad camaram, juramus Hiparchum, Aratumque comparandos illi homines non fuiſſe; donec advenerunt miniſtri, ac toralia propoſuerunt toris, in quibus retia erant picta, ſubſeſſoresq; cum venabulis, & totus venationis apparatus. Nec dum ſciebamus, mitteremus ſuſpiciones noſtras, cum extra triclinium clamor



Digitized by Google

ſublatus eſt ingens: & ecce canes laconici etiam circa menſam diſcurrere cæperunt. Secutum eſt hos repoſitorium, in quo poſitus erat primæ magnitudinis aper, & quidem pileatus, è cujus dentibus ſportellæ dependebant duæ palmulis textæ, altera Caryotis, altera Thebaicis repleta: circa autem minores porcelli ex coptoplacentis facti, quaſi uberibus imminerent. Scropham eſſe poſiram ſignificabant, & hi quidem apophoreta fuerunt. Ceterum ad ſcindendum aprum non ille carpus acceſſit, qui altilia laceraverat; ſed barbatus ingens, faſciis cruralibus alligatus, & alicula ſubornatus polymita, ſtrictoque venatorio cultro latus apri vehementer percuſſit, ex cujus plaga turdi evolaverunt. Parati aucupes cum arundinibus fuerunt, & eos circa triclinum volitantes momento exceperunt. Inde, cum ſuum cuique juſſiſſet referri, Trimalcio, adjecit: Etiam videte, quam porcus ille ſilvaticus totam comederit glandem. Statim pueri ad ſportellas acceſſerunt, quæ pendebant è dentibus, Thebaicasque, & Caryotas ad numerum diviſere cœnantibus. Interim ego, qui privatum habebam ſeceſſum in multas cogitationes diductus ſum, quare aper pileatus intraſſet. Poſtquam itaque omnes baculaſias conſumſi, duravi interrogare illum interpretem meum, quod me troqueret. At ille: Plane etiam hoc ſervus tuus indicare poteſt. Non enim ænigma eſt, ſed res aperta. Hic aper, cum heri ſummam cœnam vindicaſſet, à convivis dimiſſus: Itaque hodie tæmquam libertus in covivium revertitur. Damnavi ergo ſtuporem meum, & nihil amplius interrogavi, ne viderer nunquam inter hone-

Digitized by Google

honeſtos cœnaſſe. Dum hæc loquimur, puer ſpecioſus, vitibus, hederisque redimitus, modo Bromium, interdum Lyæum, Euchiumque confeſſus, calathiſco uvas circumtulit, & poëmata domini ſui acutiſſima voce traduxit; ad quem ſonum converſus Trimalcio: Dionyſe, inquit, liber eſto. Puer detraxit pileum apro, capitiq; ſuo impoſuit. Tum Trimalcio rurſus adjecit: Non negabitis me, inquit, habere Liberum patrem. Laudavimus dictum Trimalcionis & circumeuntes puerũ ſanè perbaſiamus. Ab hoc ferculo Trimalcio ad laſammum ſurrexit. Nos libertatem ſine tyranno nacti, cœpimꝰ invitare convivarum ſermones; Clamat itaque primus, cum pataracina popoſciſſet; Dies, inquit nihil eſt: dum verſas te, nox fit; itaque nihil eſt melius, quam de cubiculo recta in triclinium ire. Et mundum frigus habuimus: vix me balneus calfecit; tamen calda potio veſtiarius eſt. Staminatas duxi, & plane matus ſum; vinum mihi in cerebrum abiit. Excepit Seleucus fabulæ partem: Et ego, inquit, non cotidie lavor; Baliſcus enim fullo eſt. Aqua dentes habet & cor noſtrum cotidie liqueſcit; ſed, cum mulſipultarium obduxi, frigori læcaſim dico; Nec ſane lavare potui, fui enim hodie in funus. Homo bellus, tam bonus Chryſantus animam ebuliit: modo, modo me appellavit: videor mihi cum illo loqui. Hej eſt, Hej. Utres inflati ambulamus, minores quam muſcæ, ſinis tamen aliquam virtutem habet: nos non pluris ſumus, quam bullæ. Et quid ſi non abſtinax fuiſſet? quinque dies aquam in os ſuum non conjecit, non micam panis, tamen abiit. At plures medici illum per-

perdiderunt, imò magis malus fatus; medicus enim nihil aliud eſt, quam animi conſolatio; tamen benè elatus eſt, vitali lecto, ſtragulis bonis: planctus eſt optime, manumiſit aliquot, etiam ſi maligne illum ploravit uxor. Quid ſi non illam optimè accepiſſet? ſed mulier, miluinum genus, nemini nihil boni facere oportet, æque eſt enim ac ſi in puteum conjicias. ſed antiquus amor carcer eſt. Moleſtus fuit Phileros, qui proclamavit: Vivorum meminerimus: ille habet, quod ſibi debebatur: honeſtè vixit, honeſtè obiit. quid habet quod queratur? abbas ſecrevit, & paratus fuit quadrantem de ſtercore mordicus tollere. Itaque crevit, quid quid crevit, tamquam favus. Puto me hercules illum reliquiſſe ſolida centum, & omnia in numis habuit. De re tamen ego verum dicam, qui linguam caninam comedi. Duræ buccæ fuit, linguoſus, diſcordia, non homo. Frater ejus fortis fuit, amicus amico, manu uncta, plena menſa, & inter initia malam parram pilavit. Sed recorrexit coſtas illius prima vindemia, vendidit enim vinum quantum ipſe voluit; &, quod illius mentum ſuſtulit, hæreditatem accepit, ex qua plus involavit, quam illi relictum eſt. Et ille ſtips, dum fratri ſuo iraſcitur, neſcio cui terræ filio patrimonium legavit. Longè fugit, quisquis ſuos fugit. Habuit autem oracularios ſervos, qui illum peſſum dederunt *Nunquam autem recte faciet, qui cito credit*; utique homo negotians; tamen verum, quod frunitus eſt, quam diu vixit: cui datum eſt, non cui deſtinatum; Plane fortunæ, filius, & in manu illius plumbum aurum fiebat. Facile eſt autem, ubi omnia quadrata currunt, Et

Digitized by Google

quod putas illum annos ſecum tuliſſe ſeptuaginta, & ſupra; ſed corneolus fuit, ætatem bene ferebat, niger tamquam coruus. Noveram hominem olim oliorum, & ad huc ſalax erat: Non mehercules illum puto in domo canem reliquiſſe. Imo etiam puellarius erat: omnis Minervæ homo, nec improbo; hoc ſolum enim ſecum tulit. Hæc Phileros dixit, illa Ganymedes: Narrat is quod nec ad cœlum; uec ad terram pertinet; cum interim nemo curat, quid annona mordet. Non me hercules hodie buccum panis invenire potui, & quomodo ſiccitas perſeverat. jam annum eſurio: Ædilibus male eveniat, qui cum piſtoribus colludunt: ſerva me; ſervabo te. Itaque populus minutus laborat, nam iſti majores maxillæ ſemper Saturnalia agunt. O ſi haberemus illos leones, quos ego hic inveni, cum primum ex Aſia veni! Illud erat vivere. Similia Sicila interiores, & laruas, ſic iſtos peridopabant, ut illis Jupiter iratus eſſet. Sed memini Safinium, tunc habitabat ad arcum veterem me puero, piper, non homo. Is quacunque ibat terram adurebat; ſed rectus, ſed certus; amicus amico, cum quo audacter poſſes in tenebris micare. In curia autem, quomodo ſingulos vel pilabat, tractabat, nec ſcemas loquebatur, ſed dilectum cum ageret; Porrò in foro, ſic illius vox creſcebat, tamquam tuba; nec ſudavit unquam, nec expuit. Puto enim; neſcio quid aſia Dis habuiſſe. Et quam benignus reſalutare, nomina omnium reddere, tamquam unus de nobis. Itaque illo tempore annona pro luto erat. Aſſe panem quem emiſſes non potuiſſes cum altero devorare; nunc oculum bubulum vidi majo-

Digitized by Google

rem. Hei, Hei! quotidie hæc colonia retroverſus creſcit tamquam coda vituli. Sed quare non habemus ædilem trium cauniarum, qui ſibi mavult aſſem, quam vitam noſtram. Itaque domi gaudet: plus in die nummorum accipit, quam alter patrimonium habet. Jam ſcio unde acceperit denarios mille aureos; ſed, ſi nos coleos haberemus, non tantum ſibi placeret. Nunc populus eſt domi leones, foras vulpes: Quod ad me attinet jam pannos meos comedi; & ſi perſeverat hæc annona caſulas meas vendam. Quid enim futurum eſt, ſi nec Dii, nec homines ejus coloniæ miſerentur? Ita meos fruniſcar, ut ego puto omnia illa ædilibus fieri. *Nemo enim cœlum* cœlum *putat*, *nemo* jejunium *ſervat, nemo lovem* pili *facit*; *ſed omnes opertis oculis bona ſua computant*. Antea ſtolatæ ibant nudis pedibus, in clivum paſsis capillis, mentibus puris, & Jovem aquam exorabant; itaque ſtatim urceatim plovebat, aut tunc aut nunquam; & omnes ridebant, ut Dii tamquam mures. Itaque Dii pedes lavatos habent: quia nos religioſi non ſumus, agri jacent. Oro te, inquit Echion Centenarius, melius loquere, Modo ſic, modo ſic, inquit. Ruſticus varium porcum perdiderat, *quod hodie non eſt, cras erit*; *ſic vita truditur*; Non me hercules patria melior dici poteſt, ſi homines haberet; ſed laborat hoc tempore; nec hæc ſua. Non debemus delicati eſſe: ubique medius cœlus eſt. Tu, ſi alicubi fueris, dices hic porcos coctos ambulare. Et ecce habituri ſumus munus excellente inter duo, die feſta, familia non laniſtitia, ſed plurimi liberti. Et Titus noſter magnum animum habet,



Digitized by Google

& eſt caldicer, ebrius; aut hoc, aut illud erit. Quod utique, nam illi domeſticus ſum, non eſt mixcix. Ferrum optimum daturus eſt, ſine fuca: carnarium in medio, ut amphitheatrum videat. Et habet, unde relictum eſt illi ſeſtertium trecenties; deceſſit illius pater male: ut quadringenta impendat non ſentiet patrimonium illius, & ſempiterno nominabitur. Jam manios aliquot habet, & mulierem eſſedariam, & diſpenſatorem Glyconis, qui deprehenſus eſt, cum domina ſua delectaretur; Videbis populi rixam inter Zelotypos, & amaſiunculos. Glyco autem, ſeſtertiarius homo, diſpenſatorem ad beſtias dedit. Hoc eſt, ſe ipſum traducere. Quid ſervus peccavit, qui coactus eſt facere? Magis illa matella digna fuit, quàm taurus jactaret? ſed qui aſinum non poteſt, ſtratum cædit. Quid autem Glycon putabat Hermogenis filiam unquam bonum exitum facturã? Ille miluo volanti poterat ungues reſecare. Colubra reſtem non parit. Glyco, Glyco dedit ſuas; itaque, quandiu vixerit, habebit ſtigma, nec illam niſi Orcus delebit; ſed ſibi quisque peccat. Sed ſubolfacio, quod nobis epulum daturus eſt Mammea, binos denarios mihi, & meis; quod ſi hoc fecerit, eripiat Norbano totum favorem. Scias oportet, plenis velis hunc vinciturum. Et revera, quid ille nobis boni fecit? Dedit gladiatores ſeſtertiarios, jam decrepitos, quos ſi ſufflaſſes cecidiſſent; jam meliores beſtiarios vidi. Occidit de lucerna equites: putares eos gallos gallinaceos; alter burdubaſta: alter loripes: tertiarius: mortuus pro mortuo qui habet nervia præciſa. Unus alicuius ſtaturæ fuit Trax, qui & ipſe ad dictata pugna-

vit



Digitized by Google

vit, ad ſumam, omnes poſtea ſecti ſunt, adeo de magna turba adhebete acceperant, plane fugæ meræ. Munus tamen, inquit, tibi dedi: Et ego tibi plodo. Computa, & tibi plus do, quam accepi: manus manum lavat. Videris mihi Agamemnon dicere: Quid iſte argutat moleſtus? Quia tu, qui potes loquere, non loqui. Non es noſtræ faſciæ, & ideo pauperorum verba derides. Scimus te præ litteris fatuum eſſe. Quid ergo eſt? Aliqua die te perſuadeam, ut ad villam venias, & videas caſulas noſtras: inveniemus quod manducemus; pullum, ova. Belle erit, etiam ſi omnia hoc anno tempeſtas diſſipare paravit; inveniemus ergo unde ſaturi fiamus. Etiam tibi diſcipulus creſcit Cicaro meus, jam quatuor parti dicit; ſi vixerit habebis ad latus ſeruulum. Nam, quidquid illi vacat, caput de tabula non tollit: ingenioſus eſt, bono filo, etiam ſi tum naves morboſus eſt. Ego illi jam tres cardeles occidi, & dixi, quod muſtella comedit. Invenit tamen alias nervas; & libentiſſime pingit. Ceterum jam Græculis calcem impingit, & Latinas cœpit non male appetere; etiamſi magiſter ejus ſibi placens ſit. Nec uno loco conſiſtit, ſed venit dem literas, ſed non vult laborare. Eſt & alter, non quidem doctus, ſed curioſus, qui plus docet, quam ſcit. Itaque feriatis diebus ſolet domum venire, & quicquid dederis contentus eſt. Emi ergo nunc puero aliquot libra rubricata, quia volo illum, ad domus rationem, aliquid de jure guſtare. Habet hæc res panem. Nam literis ſatis inquinatus eſt; quod ſi reſilierit, deſtinavi illum artificii docere, aut conſtremum, aut præconem;

aut

Digitized by Google

aut certè cauſidicum, quod illi auferre non poſſit niſi Orcus. Ideo illi cotidie clamo: Primigeni, crede mihi, quicquid diſcis tibi diſcis. Vides Phileronem cauſidicum, ſi non didiciſſet, hodie famem à labris non abigeret. Modo, modo collo ſuo circumferebat onera venalia: nunc etiam adverſus Norbanum ſe extendit. Litteræ theſaurum eſt, & artificium nunquam moritur. Ejuſmodi fabulæ vibrabant, cum Trimalcio intravit, & deterſa fronte unguento manus lavit, ſpatioque minimo interpoſito: Ignoſcite mihi (inquit) amici, multis jam diebus venter mihi non reſpondit, nec medici ſe inveniunt, profuit mihi tamen maleicorum & tæda; ex aceto. Spero tamen jam ventrem pudorem ſibi imponit; alioquin circa ſtomachum mihi ſonat, putes taurum; Itaque, ſi quis veſtrum voluerit ſua re cauſa facere, non eſt quod illum pudeat. Nemo noſtrum ſolide natus eſt. Ego nullum puto tam magnum tormentum eſſe, quam continere. Hoc ſolum vetare ne Jovis poteſt. Rides Fortunata? quæ ſoles me nocte deſomnem facere. Nec tamen in triclinio ullum vetui facere; quod ſe juvet. Et medici vetant continere; vel, ſi quid plus venit, omnia foras parata ſunt: aqua, laſſant, & cetera minutalia; Credite mihi, anathimiaſis ſi in cerebrum it, & in toto corpore fluctum facit; multos ſcio ſic perijſſe, dum nolunt ſibi verum dicere. Gratias agimus liberalitati, indulgentiæque ejus, & ſubinde caſtigamus crebris potiunculis riſum. Nec adhuc ſciebamus nos in medio lautitiarum, quod ajunt, clivo laborare. Nam cum mundatis ad ſymphoniam menſis tres albi ſues in triclinium adducti ſunt, capiſtris, & tintinabulis culti, quorum



Digitized by Google

rum unum bimum nomenculator eſſe dicebat, alternm trimum, tertium vero jam ſenem. Ego putabam petauriſtarios intraſſe, & porcos, ſicut in circulis mos eſt, portenta aliqua facturos. Sed Trimalcio expectatione diſcuſſa: Quem, inquit, ex eis vulcis in cœnam ſtatim fieri? Gallum enim gallinaceum, penthiacum, & ejusmodi nænias ruſtici faciunt: mei coci etiam vitulos eno cocto ſolent facere. Continuoque cocum vocari juſſit, & non expectata electione noſtra maximum natu juſſit occidi. Et clara voce: Ex quota decuria es? cum ille ſe ex quadrageſima reſpondiſſet: Emptitius, inquit cocus, an domi natus es; Neutrum, inquit, ſed teſtamento Panſæ tibi relictus ſum. Vide ergo, ait, diligenter ponas; ſi non, te jubebo in decuriam viatorum conjici. Et quidem cocum potentia admonitum in culinam obſonium duxit. Trimalcio autem miti a d nos vultu reſpexit: Et vinum, inquit, ſi non placet mutabo, vos illud oportet bonum faciatis. Deorum beneficio non emo, ſed nunc quicquid ad ſalivam facit in ſuburbano naſcitur eo, quod ego adhuc non novi. Dicitur confine eſſe Tarracinentibus, & Tarentinis; nunc conjungere agellis Siciliam volo, ut cum Africam libuerit ire, per meos fines navigem. Sed narra tu mihi Agamemnon quam controverſiam hodie declamaſti. Ego autem, ſi cauſas non ago, in diviſione tamen litteras didici, & ne me putes ſtudia faſtiditum, tres Bibliothecas habeo, unam Græcam, alteram Latinam. Dic ergo, ſi me amas, periſtaſin declamationis tuæ. Cum dixiſſet Agamemnon: Pauper, & dives inimici erant; ait Trimalcio, Quid eſt pauper?

Digitized by Google

per? Urbane, inquit Agamemnon, & neſcio quam controverſiam expoſuit. Statim Trimalcio: Hoc, inquit, ſi factũ eſt, controverſia non eſt; ſi factũ non eſt, nihil eſt. Hæc, aliaque cum effuſisſimis proſequeremur laudationibus, Rogo, inquit, Agamemnon mihi cariſſime, nunquid duodecim ærumnas Herculis tenes, aut de Uliſſe fabulam, quemadmodum illi Cyclops pollicem poricino extorſit? Solebam hæc ego puer apud Homerum legere. Nam Sibyllam quidem Cumis ego ipſe oculis meis vidi in ampulla pendere; & cum illi pueri dicerent, Sibylla thetilis; reſpondebat illa, apothan in helo. Nondum efflaverat omnia, cum repoſitorium cum ſue ingenti menſam occupavit. Mirari nos celeritatem cœpimus, & jurare ne gallum quidem gallinaceum tam cito percoqui potuiſſe; tanto quidem magis, quod longe major nobis porcus videbatur eſſe, quam paulo ante aper fuerat. Deinde magis; magisque Trimalcio intuens eum: Quid? Quid, inquit, porcus hic non eſt exenteratus? Non me hercules eſt. Voca, voca cocum in medio. Cum conſtitiſſet ad menſam cocus triſtis, & diceret ſe oblitum eſſe exenterare. Quid, oblitus? Trimalcio exclamat: putes illum piper, & cuminum non conjeciſſe? deſpolia. Non fit mora: deſpoliatur cocus, atque inter duos tortores mœſtus conſiſtit. Deprecari tamen omnes cœperunt, & dicere: Solet fieri, rogamus, mittes; poſtea ſi fecerit, nemo noſtrum pro illo rogabit. Ego crudeliſſimæ ſeveritatis non potui me tenere, ſed inclinatus ad aurem Agamemnonis: Plane, inquam, hic debet ſervus eſſe nequiſſimus; aliquis oblivi-



Digitized by Google

ſceretur porcum exenterare? non mehercules illi ignoſcerem,ſi piſcem præteriſſet.At non Trimalcio, qui relaxato in hilaritatem vultu: Ergo,inquit,quia tam malæ memoriæ es,palam nobis illum exentera. Recepta cocus tunica cultrum arripuit, porcique ventrem hinc,atque illinc timida manu ſecuit. Nec mora,ex plagis ponderis inclinatione creſcentibus, tomacula cum botulo effuſa ſunt.Plauſum,poſt hoc automaton,familia dedit, & Gajo feciliter conclamavit: nec non cocus potione oneratus eſt. etiam argentea corona, poculumque in lance accepit Corinthia,quam cum Agamemnon propius conſideraret,ait Trimalcio: Solus ſum,qui vera Corinthia habeam. Expectabam, ut pro reliqua inſolentia, diceret ſibi vaſa Corintho afferri.Sed ille melius: Et forſitan,inquit,quæris,quare ſolus Corinthia vera poſſideam? quia ſcilicet ærarius, à quo emo,Corinthus vocatur; quid eſt autem Corinthium, niſi quis Corinthum habeat? Et, ne me putetis neſapium eſſe, valde bene ſcio, unde primum Corinthia nata ſint. Cum Ilium captum eſt,Annibal homo vafer, & magnus ſcelio,omnes ſtatuas æneas,& aureas,& argenteas in unum rogum congeſſit,& eas incendit; factæ ſunt in unum æra miſcellanea.Ita ex hac maſſa fabri ſuſtulerunt,& fecerunt catilla,& paropſides, ſtatuncula.Sic Corinthia nata ſunt ex omnibus in unum, nec hoc,nec illud. Ignoſcetis mihi quid dixero,ego malo mihi vitrea. Certè nolunt, quod ſi non frangerentur mallem mihi quam aurum, nunc autem vilia ſunt. Fuit tamen faber, qui fecit phialam vitream, quæ non frangebatur. Admiſſus ergo

Cæ-

Digitized by Google

Cæſarem eſt cum ſuo munere, deinde fecit reporrigere Cæſari,& illam in pavimentum projecit. Cæſar non pote validius, quam expavit, at ille ſuſtulit phialam de terra: colliſa erat, tamquam vaſum æneum. Deinde martiolum de ſinu protulit & phialam otio belle correxit. hoc facto putabat ſe coleum Jovis tenere. Utique, poſtquam illi dixit. Nunquid alius ſcit hanc condituram vitreorum? Vide modo. Poſtquam negavit, juſſit illum Cæſar decollari; quia enim ſi ſcitum eſſet, aurum pro luto haberemus. In argento plane ſtudioſus ſum. Habeo ſcyphos urnales plus minꝰ, quemadmodum Caſſandra occidit filios ſuos, & pueri mortui jacent, ſicuti verè putes. Habeo capidem, quam reliquit patronus meus, ubi Dædalus Nioben in equum Trojanum includit. Nam hemerotis pugnaſſent petraitis in poculis. Habeo omnia ponderoſa; meum enim intelligere nulla pecunia vendo. Hæc dum refert, puer calicem projecit; ad quem reſpiciens Trimalcio: Cito, inquit, te ipſum cæde, quia nugax es; ſtatim puer demiſſo labrare. At ille: Quid me inquit rogas? tamquam ego tibi moleſtus ſim: ſuadeo à te impetres, ne ſis nugax. Tandem ergo exoratus à nobis miſſionem dedit puero. Ille dimiſſus circa menſam percucurrit,&, Aquam foras, vinum intro clamavit. Excipimus urbanitatem jocantis, & ante omnes Agamemnon, qui ſciebat, quibus meritis revocaretur ad cœnam. Ceterum laudatus Trimalcio hilarius bibit, etiã ebrio proximꝰ. Nemo inquit, veſtrũ rogat Fortunatam meam, ut ſaltet? Credite mihi, cordacẽ nemo melius ducit, atque ipſe erectis ſupra frontem mani-



Digitized by Google

nibus Syrum hiſtrionem exhibebat, concinente tota familia: madeja, perimadeja; & prodiſſet in medium, niſi Fortunata ad aurem acceſſit: &, credo, dixerit, non decere gravitatem ejus tam humiles ineptias. Nihil autem tam inæquale erat, nam modo Fortunatam ſuam revertebatur, modo ad naturam. Et plane interpellavit ſaltationis libidinem actuarius, qui tamquam Urbis acta recitavit. VII. Kal. Sextiles in prædio Cumano, quod eſt Trimalcionis, nati ſunt pueri XXX, puellæ XL: ſublata in horreum ex area, tritici millia modium quingenta: boves domiti quingenti. Eodem die Mithridates ſervus in crucem actus eſt, quia Gai noſtri genio maledixerat. Eodem die in arcam relatum eſt, quod collocari non potuit, ſeſtertium centies. Eodem die incendium factum eſt in hortis Pompejanis, ortum ex ædibus noctе villici. Quid? inquit Trimalcio: Quando mihi Pompejani horti empti ſunt? Anno priore, inquit actuarius, & ideo in rationem nondum venerunt. Excanduit Trimalcio: & Quicunque, inquit, mihi fundi empti fuerint, niſi intra ſextum menſem ſciero, in rationes meas inferri veto. Jam etiam edicta Ædilium recitabantur: & ſaltuariorum teſtamenta, quibus Trimalcio cum elogio exheredabatur: jam nomina villicorum: & repudiata à circumitore liberta, in balneatoris contubernio deprehenſa: & atrienſis Bajas relegatus: jam reus factus diſpenſator: & judicium inter cubicularios actum. Petauriſtarii autem tandem venerunt: baro inſulſiſſimus cum ſcalis conſtitit, puerumque juſſit per gradus, & in ſumma parte odaria ſaltare, circulos

deinde

Digitized by Google

deinde ardentes tranſire,& dentibus amphoram ſuſtinere. Mirabatur hæc ſolus Trimalcio, dicebatque ingratum artificium eſſe. Ceterum duo eſſe in rebus humanis, quæ libentiſſime ſpectaret, petauriſtarios, & cornices: reliqua animalia cromataricas meras eſſe. Nam & comœdos, inquit, emeram, & malui illos Attellam facere, & choraulem meum juſſi Latine cantare. Cum maxime hæc dicente Gajo, puer Trimalcionis delapſus eſt. Conclamavit familia, nec minus convivæ, non propter hominem tam perditum, cujus etiam cervices fractas libenter vidiſſent, ſed propter malum exitum cœnæ, ne neceſſe haberent alienum mortuum plorare. Ipſe Trimalcio cum graviter ingemuiſſet, ſuperque brachium tamquam læſum incubuiſſet, concurrere medici, & inter primos Fortunata crinibus paſſis, cum ſcypho, miſeramque ſe, atque infelicem proclamavit. Nam puer quidem, qui ceciderat circumibat jam dudum pedes noſtros, & miſſionem rogabat. Peſſime mihi erat, ne his precibus periculo aliquid cataſtropha quæreretur. Nec enim adhuc exciderat cocus ille, qui oblitus fuerat porcum exenterare. Itaque totum circumſpicere triclinium cœpi, ne per parietem automaton aliquod exiret; utique poſtquam ſervus verberari cœpit, qui brachium domini contuſum alba potius, quam conchiliata involuerat lana. Nec longe aberravit ſuſpicio mea, in vicem enim cœnæ venit decretum Trimalcionis quo puerum juſſit liberum eſſe, nequis poſſet dicere, tantum virum eſſe à ſervo liberatum. *Comprobamus* nos *factum*, & quam in præcipiti res humanæ eſſent *vario ſermone garrimus*. Ita, inqui



Digitized by Google

quit Trimalcio, non oportet hunc caſum ſine inſcriptione tranſire; ſtatimque codicillos popoſcit, & non diu cogitatione diſtorta hæc recitavit.

*Quod non expectes ex tranſverſo fit,*
*Et ſuper nos fortuna negotia curat.*

Diſticon Trimalcionis eſt, cum elego ſuo:

Quare da nobis vina falerna puer.

Ab hoc epigrammate *cœpit poëtarum eſſe mentio, diuque ſumma carminis penes Mopſum Thracem memorata eſt, donec Trimalcio: Rogo, inquit, magiſter, quid putas inter Ciceronem, & Publicum intereſſe? Ego alterum puto diſertiorem fuiſſe, alterum honeſtiorem; Quid enim his melius dici poteſt?*

*Luxuriæ* ritu *Martis marcent mœnia,*
*Tuo palato clauſus pavo* naſcitur,
*Plumato amictus* auro *Babilonico;*
*Gallina tibi Numidica, tibi Gallus ſpado,*
*Ciconia etiam grata, peregrina, hoſpita,*
*Pietaticultrix, gracilipes, crotaliſtria,*
*Avis exul hiemis, titulus tepidi temporis,*
*Nequitiæ nidum in cacabo fecit meo.*
*Quo margarita cara tribacca Indica?*
*An ut matrona* ornata *phaleris pelagiis*
*Tollat pedes indomita in ſtrato extraneo?*
*Smaragdum ad quam rem, viridem, pretioſum,*
*vitrum?*
*Quo Carchedonios optas ingens lapideos.*
*Niſi ut ſcintillet? probitas eſt carbunculos,*
*Æquum eſt inducere nuptam, ventum textilem,*
*Palam proſtare nudam in nebula luna.*

Quod autem, inquit, putamus ſecundum litteras difficilimum eſſe artificium? Ego puto medicum,

&

Digitized by Google

numularium: medicus, qui ſcit, quid homuncio-
nes intra præcordia ſua habeant, & quando febris
veniat; etiamſi illos odi peſſime, qui mihi jubent ſæ-
pe anatinam parari; numularius, qui per argentum
es videt. Nam mutæ beſtiæ laborioſiſſimæ boves,
& oves: boves, quorum beneficio panem mandu-
camus; oves, quia lana illa nos glorioſos faciunt, &
facinus indignum aliquis ovillam eſſet tunicam ha-
bet. Apes enim ego divinas beſtias puto, quæ mel
vomunt, etiamſi dicuntur illud à Jove afferre; ideo
autem *pungunt, quia ubicumq; dulce eſt, ibi & acidum invenies*. Jam etiam philoſophos de negotio dejicie-
bat, cum pittacia in ſcypho circumferri cœperunt.
Puerque ſuper hoc poſitus officium apophoreta re-
citavit, argentum ſceleratum: allata eſt perna, ſupra
quam acitabula erant poſita, cervical, offla, colaris:
allata eſt ſeri ſapia, & contumelia æcrophragiæ, ſæ-
ledatæ ſunt, & cenſus cum malo, porri, & perſica,
flagellum, & cultrum: accepit paſſeres, & muſca-
rium, uvâ paſſam, & mel Atticum, cœnatoria, & fo-
renſia, offlam & tabulas: accepit canalem, & peda-
lem: lepus, & ſolea eſt allata: murænam, & litteram
murem cum rana alligatam, faſcemque betæ; diu ri-
ſimus: ſexcenta hujuſmodi fuerunt, quæ jam ceci-
derunt memoria mea. Ceterum Aſcyltos intempe-
rantis licentiæ, cum omnia ſublatis manibus elu-
deret, & uſque ad lacrimas rideret, unus ex conli-
bertis Trimalcionis excanduit, is ipſe, qui ſupra me
diſcumbebat: &, Quid rides, inquit, berbex? an tibi
non placent lautitiæ domini mei? tu enim beatior es
& convivare melius ſoles. Ita tutelã hujus loci habeã
pro-

Digitized by Google

propitiam, ut ego, ſi ſecundum illum diſcumberem, jam illi balatum duxiſſem. Bellum pomum, qui rideat alios: larifuga neſcio quis nocturnus, qui non valet lotium ſuum. ad ſummam, ſi circumminxero illum, neſciet qua fugiat. Non me hercule ſoleo cito fervere, ſed in molli carne vermes naſcuntur. Ridet? quid habet, quod rideat? Nunquid pater fœtum emit? Lana eques Romanus es, & ego Regis filius; quare ergo ſerviviſti? quia ipſe me dedi in ſervitutem, & malui civis Romanus eſſe, quam tributarius: & nunc ſpero me ſic vivere, ut nemini jocus ſim. Homo inter homines ſuos capite aperto ambulo: aſſem æratium nemini debeo: conſtitutum habui nunquam: nemo mihi in foro dixit, redde quod debes: glebulas emi, lamellulas paravi: viginti ventres paſco, & canem contubernalem meam redemi, ne quis in illius manus tergeret: mille denarios pro capite ſolvi: ſevir gratis factus ſum: ſpero ſic moriar, ut mortuus non erubeſcam: tu autem tam laborioſus es, ut poſt te non reſpicias? in alio pedicellum vides, in te ricium non vides? tibi ſoli ridiculi videmur? Ecce magiſter tuus, homo major natu: placemus illi, tu læticuloſus, nec munecma arguta. ſuaſus fictilis; imo lorus in aqua, lentior non melior: tu beatiores, bis prandebis cœna. Ego fidem meam malo, quam theſauros. ad ſummam quiſquam me bis popoſcit: annis quadraginta ſervivi, nemo tamen ſcit, utrum ſervus eſſem, an liber, & puer capillatus in hanc coloniam veni; adhuc Baſilica non erat facta; dedi tamen operam, ut domino ſatisfacerem, homini mali iſto, & dignitoſſo, cujus pluris erat unguis, quam tu totus es:

&

& habebam in domo, qui mihi pedem opponerent hac, illac; tamen, genio illius gratias, enatavi: Hæc ſunt vera, ahtlanam in ingenuum naſci tam facile eſt, quam accede iſtoc. Quid nunc ſtupes, tamquam hircus merculia? Poſt hoc dictum Gyton, qui ad pedes ſtabat, riſum jam diu compreſſum etiam indecenter effudit; quod cum animadvertiſſet adverſarius Aſcylti flexit convicium in puerum: & Tu autem, inquit, etiam tu rides, cepa pirrata? O Saturnalia! Rogo, menſis December eſt? Quando viceſimam numeraſti? Quid faciat crucis offla, corvorum cibaria? Curabo jam tibi Iovis iratus ſit, & iſti, qui tibi non imperat. Ita ſatur pane fiam, ut ego iſtud cum liberto meo dono; alioquin jam tibi de preſentiarum reddidiſſem. Bene nos habemus, aut iſti genge, qui tibi non imperant. plane qualis domigenge, talis & ſervus. Vix me teneo, & ſum natura calnus, talis & ſervus. dus; cicer ejus cum cæpi matrem meam dupondii non facio: recte videbo teſtu, publicum mus, imo terræ tuber, nec ſurſum nec deorſum non creſco, niſi dominum tuum in rutæ folium non conjecit: nec tibi par ero, licet me hercules Jovem Olympum clames, curabo longe tibi ſit comula iſta betalis, & dominus dupondiarius. Recte venies ſub dentem, aut ego non me novi, aut non deridebis, licet barbam auream habeas. Satana tibi irata ſit curabo, & qui te primus decero defecit; non didici geometras, cretica, & alogias menias, ſed lapidarias litteras ſcio, partes centum dico, ad æs, ad pondus, ad numum. ad ſummam, ſi quid vis ego, & tu, ſponſiunculam exi defero lana. Jam ſcies patrem tuum merce-
de-

des perdidiſſe; quamvis & rhetoricam ſcio: ecce quidem vobis longe venio, late venio, ſolve me: dicam tibi, qui de nobis currit: & de loco non movetur: qui de nobis creſcit, & minor fit. Curris, ſtupes, ſatagis, tamquam mus in matella. Ergo aut tace, aut meliorem noli moleſtare, qui te natum non putat, niſi ſi me judicas anulos buxeos curare, quos amicæ tuæ involaſti. Occuponem propitium, eamus in forum, & pecunias mutuemur. jam ſcies hoc ferrum fidem habere. Vah bella res eſt volpifuda. ita lucrum faciam, & ita bene moriar, aut populus per exitum meum juret, niſi te toga ubiq; perverſa fuero perſecutus: bella res & iſte, qui te hæc docet, muſtiꝰ non magiſter. Didicimus; dicebat enim magiſter: ſunt veſtra ſalva: recta domum: cave circumſpicias: cave majorem maledicas, aut numera mappalia: nemo dupondum evadit. Ego, quod me ſic vides, propter artificium meum Diis gratias ago. Cœperat Aſcyltos reſpondere convicio, ſed Trimalcio delectatus colliberti eloqentia: Agite, inquit, ſcordalias de medio; ſuaviter ſit potius, & tu Hermeros Parce adoleſcentulo: ſanguen ille fervet, tu melior eſto: *Semper in hac re qui vincitur, vincit.* Et tu cum eſſes capo coco coco, atque cor non habeas. Simus ergo, quod melius eſt, à primitiis hilares & Homeriſtas ſpectemus. Intravit factio ſtatim, haſtisque ſcuta concrepuit: ipſe Trimalcio in pulvino conſedit, & cum Homeriſtæ Græcis verſibus colloquerentur, ut inſolenter ſolent, ille canora voce Latine legebat librum. Mox ſilentio facto: Scitis, inquit, quam fabulam agant, Diomedes, & Ganymedes duo fratres fuerunt: horum ſoror erat Helena.


Digitized by Google

Agamemnon illam rapuit, & Dianæ cervam ſubjecit, Ita nunc Homerus dicit, quemadmodum inter ſe pugnent Trojani, & Parentini. Vicit ſcilicet, & Iphigeniam filiam ſuam Achilli dedit uxorem; ob eam rem Ajax inſanit, & ſtatim argumentum explicabit. Hæc ut dixit Trimalcio, clamorem Homeriſtæ ſuſtulerunt, interq; familiam diſcurrentem vitulus in lance clunaria elixus allatus eſt, & quidem galeatus. Secutus eſt Aiax, ſtrictoque gladio, tanquam inſaniret, concidit, ac modo verſa, modo ſpuma geſticulatus, mucrone fruſta collegit, mirantibusq; vitulum partitus eſt. Nec diu mirari licuit tam elegantes ſtrophas, nam repente lacunaria ſonare cœperunt, totumque triclinium intremuit. Conſternatus ego exſurrexi, & timui ne per tectum petauriſtarius aliquis deſcenderet: nec minus reliqui convivæ mirantes erexere vultus, expectantes quid novi de cælo nuntiaretur. Ecce autem deductus lacunaribus ſubito circulus ingens, de cupa videlicet grandi excuſſus demittitur, cujus per totum orbem coronæ aureæ, cum alabaſtris unguenti pendebant. Dum hæc apophoreta jubemur ſumere, reſpiciens ad menſam; jam illic repoſitorium cum placentis aliquot erat poſitum, quod medium Priapus à piſtore factus tenebat, gremioque ſatis amplo omnis generis poma, & uvas ſuſtinebat, more vulgato. Avidius ad pompam manus porreximus, & repente nova ludorũ remiſſio hilaritatem hic refecit. Omnes enim placentæ, omniaq; poma etiam minima vexatione contacta, cœperunt effundere crocum, & uſq; ad nos moleſtꝰ humor accedere. Rati ergo ſacrũ eſſe

peri-

periculum tam religioſo apparatu perfuſum, conſurreximus altius, & Auguſto patri patriæ Feliciter diximus: quibuſdam tamen, etiam poſt hanc venerationem, poma rapientibus, & ipſas mappas implevimus. Ego præcipue, qui nullo ſatis amplo munere putabam me ornare Gytonis ſinum. Inter hæc, tres pueri candidas ſuccincti tunicas intraverunt: quorum duo Lares bullatos ſupra menſam poſuerunt; unus pateram vini circumferens, Dii propitii! clamabat. Ajebat autem unum Cerdonem, alterum Felicionem, tertium Lucronem vocari. Nos etiam veram imaginem ipſius Trimalcionis, cum jam omnes baſiarent, erubuimus præterire. Poſtquam ergo omnes bonam mentem, bonamq; valetudinem ſibi optarunt, Trimalcio ad Nicerotem reſpexit: & Solebas, inquit, ſuavius eſſe in convictu; neſcio quid nec taces, nec mutis. Oro te, ſic felicem me videas, narra illud, quod tibi uſu venit. Niceros delectatus affabilitate amici; Omne me, inquit, lucrum tranſeat, niſi jam dudum gaudimonio diſſilio, quod te talem video. Itaque hilaria mera ſint, & ſi timeo iſtos ſcholaſticos, ne derideant. Viderint. Narrabo tamen, quid enim mihi aufert, qui ridet? Satius eſt rideri, quam derideri. Hæc ubi dicta dedit, talem fabulam exorſus eſt. Cum adhuc ſervirem, habitabamus in vico anguſto (nunc Gavillæ domus eſt) ibi, quomodo Dii volunt, amare cœpi uxorem Terentii coponis: noveratis Meliſſam Tarentinam, pulcherrimum baci ballum. Sed ego non mehercule corporaliter, aut propter res venerarias curavi, ſed magis, quod bene moriar, fu-
it,

Digitized by Google

it. Si quid ab illa petii, nunquam mihi negatum fuit: aſſem ſemiſſem habui: in illius ſinum demandavi, nec unquam feſſellitus ſum hujus contubernalis. Ad villam ſupremum diem obiit. Itaque per ſcutum, per ocream egraginavi quemadmodũ ad illam pervenirem: in anguſtiis autem amici apparent. Forte Dominus Capuæ exierat ad ſcruta ſcita expedienda. Nactus ego occaſionem, perſuadeo hoſpitem noſtrum, ut mecum ad quintum milliarium veniat: erat autem miles fortis, tamquam orcus apoculanius. Nos circa Gallicinia, Luna lucebat tanquam meridie, venimus inter monimenta. Homo meus cœpit ad ſtellas facere, ſed ego cantabundus & ſtellas numero; deinde ut reſpexi ad comitem, ille exuit ſe, & omnia veſtimenta ſecundum jam poſuit, mihi in animo in naſo eſſe. Stabam tanquam mortuus: at ille circum minxit veſtimenta ſua, & ſubito lupus factus eſt, Nolite me jocari putare; ut mentiar, nullius patrimonium tanti facio; ſed, quod cœperam dicere, poſtquam lupus factus eſt, ululare cœpit, & in ſiluas fugit. Ego primitus neſciebam ubi eſſem: deinde acceſſi, ut veſtimenta ejus tollerem, illa autem lapidea facta ſunt. Qui mori, niſi ego? Gladium tamen ſtrinxi, & mataritata umbras cecidi, donec ad villam amicæ meæ pervenirem. In larvam intravi; pene animam ebullivi: ſudor mihi per biſurcum volabat: oculi mortui; vix unquam refectus ſum: Meliſſa mea mirari cœpit, quod tam ſero ambularẽ: &, Si ante, inquit, veniſſes, ſaltẽ nobis adiutaſſes, lupus enim villam intravit, & omnia pecora, tanquã lanius ſanguinem illis miſit: nec tamen deriſit,



Digitized by Google

etiam ſi fugit, ; ſervus enim noſter lancea collum e-jus trajecit. Hæc ut audivi, operire oculos amplius non potui, ſed luce clara hoc noſtri domum fugi, tamquam copo compilatus: & poſtquam veni in illum locum, in quo lapidea veſtimenta erant facta, nihil inveni, niſi ſanguinem. Ut vero domum veni, jacebat miles meus in lecto, tanquam bovis, & collum illius medicus curabat. Intellexi illum verſipellem eſſe, nec poſtea cum illo panem guſtare potui; non ſi me occidiſſes. Viderint, qui hoc de alibi exopiniſſent: ego ſi mentior, Genios veſtros iratos habeam. Attonitis admiratione univerſis: Salvo, inquit, tuo ſermone, Trimalcio, ſi qua fides eſt, ut mihi pili inhorruerunt; quia ſcio Niceronem nihil nugarum narrare. Imo certus eſt, & minime linguoſus, nam & ipſe vobis rem horribilem narrabo. Aſinus in tegulis, cum ad huc capillatus eſſem, nam à puero vitam chiam geſſi ipim moſtri delicatus deceſſit, me hercules margaritum, cacritus, & omnium numerum. Cum ergo illum mater miſella plangeret, & nos tum plures in triſtimonio eſſemus, ſubito ſtrigæ cœperunt, putares canem leporem perſequi. Habebamus tunc hominem Cappadocem, longum, valde audaculum, & qui valebat Jovem iratum tollere. Hic audacter ſtricto gladio extra oſtium percucurrit involuta manu ſiniſtra curioſe, & mulierem, tanquam hoc loco, ſalvum ſit quod tango, mediam trajecit. Audimus gemitum, & plane non mentiar, ipſas non vidimus: baro autem noſtrer introverſus ſe projecit in lectum, & corpus totum lividum habebat, quaſi flagellis cæſus, quia ſcilicet illum tetigerat mala manus. Nos clu-
ſo

Digitized by Google

ſo oſtio redimus iterum ad officium; ſed dum mater amplexaret corpus filii ſui, tangit, & videt manuciolum de ſtramentis factum: non cor habebat: non inteſtina, non quicquã; ſcillicet jam ſtrigæ puerũ involaverant, & ſuppoſuerant ſtramentitiũ vaccatonem. Rogo vos, oportet credatis; ſunt mulieres plus ſciæ, ſunt nocturnæ, & quod ſurſum eſt deorſum faciunt. Ceterum baro ille longus, poſt hoc factum, nunquam coloris ſui fuit; imo poſt paucos dies freneticus periit. Miramur nos, & pariter credimus, oſculatique menſam rogamus nocturnas, ut ſuis ſe teneant, dum redimus à cœna. Et ſane jam lucernæ mihi plures videbantur ardere, totumq; triclinium eſſe mutatum, cum Trimalcio: Tibi dico, inquit, Plocrime nihil narras? nihil nos delectaris? & ſolebas ſuavis eſſe, canturire, belle deverbia adicere, melicam heu, heu! ab iſtis dulcis carica. Jam, inquit ille, quadrigæ meæ decucurrerũt, ex quo podagricꝰ factus ſum, alioquin cum eſſem adoleſcentulus cantando pene phtiſicus factus ſum. quid ſaltare? quid deverbia? quid tonſtrinum? quem parem habui, niſi unum Apelletem? oppoſitaque ad os manu neſcio quid tetrum exibilavit, quod poſtea Græcum eſſe affirmabat; nec non Trimalcio ipſe, cum tubicines eſſet imitatus, ad delicias ſuas reſpexit; quem Crœſum appellabat. Puer autem lippus, ſordidiſſimus dentibus catellam nigram, atque indecenter pinguem praſina involuebat faſcia, panemque ſemiſſem ponebat ſupra torum, atque hac nauſea recuſantem saginabat; quoad monitus officio Trimalcio Scylacem juſſit adduci, præſidium domu

familiæq;. Nec mora, ingentis formæ adductus eſt, canis catena vinctus, admonitusque oſtiarii calce ut cubaret, ante menſam ſe poſuit. Tum Trimalcio jactans candidum panem: Nemo, inquit, in domo mea me plus amat. Indignatus puer, quod Scylacem tam effuſe laudaret, catellam in terra depoſuit, hortatusque ut ad rixam properaret; Scylax, canino ſubiret uſus ingenio, teterrimo latratu triclinium implevit, Margaritamque Crœſi pene laceravit. Nec intra rixam tumultus conſtitit, ſed candelabrum etiam ſupra menſam everſum, & vaſa omnia criſtallina comminuit, & oleo ferventi aliquot convivas reſperſit. Trimalcio, ne videretur jactura motus, baſiavit puerum, ac juſſit ſupra dorſum aſcendere ſuum. Non moratus ille uſus equo, manuque plena ſcapulas ejus ſubinde verberavit, interque riſum proclamavit; Bucca, bucca, quot ſunt hic. Repreſſus ergo Trimalcio camellam grandem juſſit miſceri, potiones dividi omnibus ſervis, qui ad pedes ſedebant, adjecta exceptione: Si quis, inquit, noluerit accipere caput illi perfunde. interdiu ſevera, nunc hilaria. Hanc humanitatem inſecutæ ſunt matteæ, quarum etiam recordatio me, ſi qua eſt dicenti fides, offendit. Singulæ enim gallinæ altiles pro turdis circulatæ ſunt. & ova anſerina pileata, quæ ut comeſſemus ambitoſiſſime nobis Trimalcio petiit, dicens exoſſatas eſſe gallinas. Inter hæc triclinii valvas Lictor percuſſit, amictusq; veſte alba, cum ingenti frequentia commiſſator intravit. Ego majeſtate conterritus Prætorem putabam veniſſe. Itaq; tentavi aſſurgere, & nudos pedes in terram deferre. Riſit

hanc

Digitized by Google

hanc trepidationem Agamemnon, & contine te, inquit, homo ſtultiſſime. Habinna Sevir eſt, idemq; lapidarius qui videretur monumenta optimè facere. Recreatus hoc ſermone repoſui cubitum, Habinnamque intrantem cum admiratione ingenti ſpectabam. Ille autem jam ebrius uxoris ſuæ humeris impoſuerat manus, oneratusque aliquot coronis, & unguento per frontem in oculos fluente, Prætorio loco ſe poſuit, continuoq; vinum, & caldam popoſcit Delectatus hâc Trimalcio hilaritate, & ipſe capaciorem popoſcit ſcyphum, quæſiivitque quomodo acceptus eſſet? Omnia, inquit, habuimus, præter te; oculi enim mei hic erant; & me hercules bene fuit. Sciſſa lacuum novendialem ſervo ſuo miſello faciebat, quem mortuum manumiſerat; & puto cum vicenſimariis magnã mantiſſam habet, quinquaginta enim millibus exiſtimant mortuum. Sed tamen ſuaviter fuit, etiam ſi coacti ſumus dimidias potiones ſupra oſſicula ejus effundere. Tamẽ, inquit, Trimalcio, quid habuiſtis in cœna? Dicam, inquit, ſi potuero: non tam bonæ memoriæ ſum, ut frequenter nomen meum obliviſcar. Habuimus tamen in primo porcum poculo coronatum, & circa ſaucunculum, & gizeria optime facta, & certe betam, & panem autopirum de ſuo ſibi, quem ego malo, quam candidum, & vires facit, & cum mea re cauſa facio non ploro. Sequens ferculum fuit ſcriblita frigida, & ſupra mel caldum infuſum excellente, Hiſpanum. Itaque de ſcriblita quidem non minimum edi, de melle me uſque tetigi, circa cicer, & lupinum, Calve arbi



Digitized by Google

bitratu,& mala ſingula: ego tamen duo ſuſtuli, & ecce in mappa alligata habeo,nam ſi aliquid muneris meo vernulæ non tulero,habebo convicium.Bene me admonet domina mea,in proſpectu habuimus urſinæ fruſtum, de quo cum imprudens Scintilla guſtaſſet, pene inteſtina ſua vomuit: ego contra plus libram comedi,nam ipſum aprum ſapiebat, & ſi,inquam,urſus homuncionem comeſt,quanto magis homuncio debet urſum comeſſe? In ſummo habuimus caſeum mollem,& ſapa,& cocleas ſingulas, & corde fruſta, & epatia in catillis, & ova pileata,& rapam,& ſenape,& catillum concagatum,pax palamedes,& in alveo circulata ſunt oxicomina, Unde quidem etiam improbiter nos pugno ſuſtulerunt, nam perna emiſſionem dedimus. Sed narra mihi Gai, rogo, Fortunata quare non recumbit? Quomodo noſti,inquit, illam Trimalcio, niſi argentum compoſuerit,niſi reliquias pueris diviſerit, aquam in os ſuum non conjiciet. Atqui, reſpondit Habinnas,niſi illa diſcumbit,ego me apoculo: & cœperat ſurgere, niſi ſigno dato Fortunata quater amplius à tota familia eſſet vocata. Venit ergo galbino ſuccincta cingillo, ita ut infra ceraſina appareret tunica; periſcelides tortæ,phœcaſiæq; inauratæ. Tunc ſudario manus tergens, quod in collo habebat, applicat ſe illi toro,in quo Scintilla Habinnæ diſcumbebat uxor,oſculataq; plaudentē,eſt te,inquit,videre. Eo deinde perventum eſt,ut Fortunata armillas ſuas craſſiſsimis detraheret lacertis, Scintillæque miranti oſtenderet. Ultimo etiam periſcelides reſolvit, & reticulum aureum,quem ex ſobriſſa eſſe dicebat.

No-

Digitized by Google

Notavit hæc Trimalcio, juſſitque afferri omnia: & Videtis, inquit, mulieres compedes, ſic nos barcalæ de ſpoliamur. Sexpondo, & ſelibram debet habere, & ipſe nihilominus habeo decem pondo armillam ex milleſimis Mercurii factam. Ultimo etiam, ne mentiri videretur, ſtateram juſſit afferri, & circulatum approbari pondus. Nec melior Scintila, quæ de cervice ſua capſellam detraxit aureolam, quam Felicionem appellabat, inde duo crotalia protulit, & Fortunatæ invicem conſideranda dedit: &, Domini, inquit, mei beneficio nemo habet meliora. Quid, inquit Habinnas, excattariſſaſti me, ut tibi emerem fabam vitream. Plane, ſi filiam haberem, auriculas illi præciderem. Mulieres ſi non eſſent, omnia pro luto haberemus. nunc hoc eſt caldum mejere, & frigidum potare. Interim mulieres ſauciæ inter ſe riſerunt, ebriæque junxerunt oſcula: dum altera diligentiam matri familiæ jactat: altera delicias, & indulgentiam viri; dumque ſic cohærent, Habinnas furtim conſurrexit, pedesq; Fortunatæ correctos ſuper lectum immiſit. An, an, illa proclamavit, aberrante tunica ſuper genua compoſita. Ergo in gremio Scintillæ indecens imam rubore faciem ſudario abſcondit. Interpoſito deinde ſpatio, cum ſecundas menſas Trimalcio juſſiſſet afferri, ſuſtulerunt ſervi omnes menſas, & alias attulerunt, ſcrobemque croco, & minio tinctam ſparſerunt, & quod numquam ante videram, ex lapide ſpeculari pulverem tritum. Statim Trimalcio: Poteram, inquit, hoc ferculo eſſe contentus, ſecundas enim habetis menſas; ſi quid belli habes, affer. Interim puer Alexandrinus, qui



Digitized by Google

qui caldam miniſtrabat luſcinias cœpit imitari, clamante Trimalcione ſubinde: Muta. Ecce alius ludus: Servus qui ad pedes Habinnæ ſedebat, juſſus, credo à domino ſuo, proclamavit ſubito, canora voce;

*Interea medium Æneas jam claſſe tenebat.*

Nullus ſonus unquam acidior percuſſit aures meas. nam, præter errantis barbarie, aut abjectum, aut diminutum clamorem, miſcebat Atellanicos verſus; ut tunc primum me etiam Virgilius offenderit. Laſſus tamen cum aliquando dediſſet, adjecit Habinnas: Et nunquid didicit? Sed ego ad circulatores eum mittendo audibant. Itaque parem non habet, ſive muliones volet, ſive circulatores imitari. Deſperatus valde ingenioſus eſt. idem ſutor eſt, idem cocus, idem piſtor, omnis muſæ mancipium. Duo tamen vitia habet, quæ ſi non haberet, eſſet omnium nummorum: recutitus eſt, & ſtertit; namque ſtrabonus eſt, non curo. ſicut Venus ſpectat, ideo nihil tacet: vix oculo mortuo unquam illũ emit retentis denariis. Interpellavit loquentem Scintilla, &: Plane, inquit, non omnia artificia ſervi nequam narras; agaga eſt, at curabo ſtigma habeat. Riſit Trimalcio, & Adcognoſco, inquit, Cappadocem: nihil ſibi defraudit; & mehercules laudo illum, hoc enim nemo parentat; tu autem Scintilla noli zelotypa eſſe. Crede mihi, & vos novimus. Sic me ſalvum habeatis, ut ego ſic ſolebam ipſum Ammeam debattuere, ut etiam dominus ſuſpicaretur; & ideo me in villicationem relegavit. Sed tace linguam, dabo panem. Tanquam laudatus eſſet nequiſſimus ſervus lucernam de ſinu fictilem pro-

Digitized by Google

protulit, & amplius ſemihora tubicines imitatus eſt ſuccinente Habbina, & inferius labrum manu deprimente. Ultimo, etiam in medium proceſſit, & modo arundinibus quaſſis choraulas imitatus eſt, modo lacernatus cum flagello molionum fato egit; donec vocatum ad ſe Habbinas baſiavit, potionemq; illi porrexit. &, Tanto melior, inquit; maſſa dono tibi caligas. nec ullus tot malorum finis fuiſſet, niſi epidipnis eſſet allata, turdis iligine, uvis paſſis, nucibusque fartis. Inſecuta ſunt Cydonia etiam mala ſpinis confixa, ut echinos efficerent; & hæc quidem tolerabilia erant, ſi non ferculum longè monſtruoſius effeciſſet, ut vel fame perire malemus. Nam cum poſitus eſſet, ut nos putabamus, anſer altilis circaq; piſces, & omnium genera avium, inquit Trimalcio: Quicquid videtis hic poſitum, de uno corpore eſt factum. Ego, ſcilicet homo prudentiſſimus, ſtatim intellexi quid eſſet, & reſpiciens Agamemnonem: Mirabar, inquam, niſi omnia iſta defricta ſunt, aut certe de luto: Vidi Romæ Saturnalibus ejuſmodi cænarum imaginem fieri. Nec dum finieram ſermonem, cum Trimalcio ait: Ita creſcam patrimonio, non corpore, ut iſta cocus meus de porco fecit. Non poteſt eſſe pretioſior homo. Volueris, de bulla faciet piſcē, de lardo palumbū, de perna turturē, de colæpio gallinam, & ideo, ingenio meo, impoſitū eſt illi nomen belliſſimū, nā Dædalus vocatur: & quia bonā mentem habet, attulit illi Romam unus cultros Norico ferro, quos ſtatim juſſit afferri, inſpectosque miratus eſt, & nobis poteſtatem fecit, ut mucronem ad buccam probaremus. Subito intravc



Digitized by Google

traverunt duo ſervi, tamquam qui rixam ad locum feciſſent; certe in loco adhuc amphoras habebant. Cum ergo Trimalcio jus inter litigantes diceret, neuter ſententiam tulit decernentis, ſed alterius amphoram fuſte percuſſit. Conſternati nos inſolentia ebriorum intentavimus oculos in præliantes, notavimusque oſtrea, pectineſque è caſtris labentia, quæ collecta puer lance circumtulit. Has lautitias æquavit ingenioſus cocus, in craticula enim argentea cochleas attulit, & tremula, teterrimaque voce cantavit. Pudet referre quæ ſequuntur: inaudito enim more pueri capillati attulerunt unguentum in argentea pelvi, pedeſque recumbentium unxerunt, cum ante crura, pedeſque, taloſque coronis junxiſſent. Hinc ex eodem unguento in vinarium, atque lucernam liquatum eſt infuſum. Jam cœperat Fortunata velle ſaltare; jam Scintilla frequentius plaudebat, quam loquebatur; cum Trimalcio: Permitto, inquit, Philargire, & Carrio, & ſi praſinianus es famoſus, dic & Minophile contubernali tuo diſcumbat. Quid multa? pene de lectis dejecti ſumus, adeo totum triclinium familia occupaverat. Certe ego notavi ſuper me poſitum cocum, qui de porco anſerem fecerat, muria, condimentiſq; fœtentem. Nec contentus fuit recumbere, ſed continuo Epheſum Tragœdum cœpit imitari, & ſubinde dominum ſuum ſponſione provocare, ſi praſinus proximis Circenſibus primam palmam. Diffuſus hac contentione Trimalcio: Amici, inquit, & ſervi homines ſunt, & æque unum lactem biberunt, etiam ſi illos malus fatus oppreſſerit, tamen me ſalvo cito aquam

libe-

Digitized by Google

liberam guſtabunt. Ad ſummam omnes illos in teſtamento meo manumitto. Philagiro & fundum lego,& contubernalem ſuam. Carrioni quoque inſulam,& viceſimam, & lectum ſtratum. Nam Fortunatam meam heredem facio,& commendo illam omnibus amicis meis; & hæc omnia publico ideo,ut familia mea jam nunc ſic me amet,tanquam mortuum. Gratias agere omnes indulgentiæ cœperant domini, cum ille oblitus nugarum exemplar teſtamenti juſſit afferri, & totum ad ultimum, ingemiſcente familia, recitavit. Reſpiciens deinde Habinnam: Quid dicis,inquit, amice cariſſime? ædificas monumentum meum,quemadmodum te juſſi? Valde te rogo,ut ſecundum pedes ſtatuæ meæ catellam pingas,& coronas, & unguenta, & petractis omnes pugnas, ut mihi contingat tuo benficio poſt mortem vivere,l'ræterea,ut ſint in fronte pedes centum; in agrum pedes ducenti. Omne genus enim pomæ volo ſit circa cineres meos, & vinearum largiter. Valde enim fallum eſt, vivo quidem domos cultas eſſe; non curari eas, ubi diutius nobis habitandum eſt; & ideo ante omnia adjici volo. HOC MONUMENTUM HEREDEM NON SEQUATUR. Ceterum erit mihi curæ,ut teſtamento caveam, ne mortuus injuriam accipiam: præponam enim unum ex libertis ſepulcro meo, cuſtodiæ cauſa, ne in monumentum meum populus cacatum currat. Te rogo, ut naves etiam monumenti mei facias plenis velis euntes: & me in tribunali ſedentem prætextatum, cum anulis aureis quinque, & numos in publico de ſacculo effundentem; ſcis enim, quod epulum dedi

dedi binos denarios: facias,ſi tibi videtur, & triclinia: facies & totum populum ſibi ſuaviter facientem. Ad dexteram meam pones ſtatuam Fortunatæ meæ columbam tenentem: & catellam cingulo alligatam ducat: & Cicaronem meum: & amphoras copioſas gypſatas, ne effluat vinum: & unam licet fractam ſculpas, & ſuper eam puerum plorantem: horologium in medio, ut quisquis horas inſpiciet, velit, nolit, nomen meum legat. Inſcriptio quoque vide diligenter ſi hæc ſatis idonea tibi videtur. C. POMPEJUS TRIMALCIO MOECENATIANUS HIC REQUIESCIT. HUIC SEVIRATUS ABSENTI DECRETUS EST: CUM POSSET IN OMNIBUS DECURIIS ROMÆ ESSE, TAMEN NOLUIT PLUS. FORTIS, FIDELIS, EX PARVO CREVIT. SESTERTIUM RELIQUIT TRECENTIES, NEC UNQUAM PHILOSOPHUM AUDIVIT. VALE ET TU. Hæc ut dixit Trimalcio, flere cœpit ubertim: flebat & Fortunata: flebat & Habinnas: tota denique familia, tamquam in funus rogata, lamentatione triclinium implevit. Imo jam cœperam etiam ego plorare, cum Trimalcio: Ergo, inquit, cum ſciamus nos morituros eſſe, quare non vivamus? Sic vos felices videam, conijciamus nos in balneum, meo periculo non pœnitebit. Sic calet tanquam furnus. Vero, vero, inquit Habinnas, de una die duas facere nihil malo: nudisque conſurrexit pedibus, & Trimalcionem gaudentem ſubſequi. Ego reſpiciens ad Aſcylton: Quid cogitas, inquā? ego enim, ſi videro balneū, ſtatim expirabo. Aſſentemur, ait ille, & dum illi balneū petunt, nos in turba

turba exeamus. Cum hæc placuiſſent, ducente per porticum Gytone ad januam venimus: ubi canis catenarius tanto nos tumultu excepit, ut Aſcyltos etiam in piſcinam ceciderit: nec non ego quoque ebrius, qui & pictum timueram canem, dum natanti opem fero, in eundem gurgitem tractus ſum. Servavit nos tamen atrienſis, qui interventu ſuo, & canem placavit, & nos trementes extraxit in ſiccum. Et Gyton quidem, jamdudum ſervatione acutiſſima redemerat à cane; quicquid enim à nobis acceperat de cœna latranti ſparſerat, at ille evocatus cibo furorem ſuppreſſerat. Ceterum cum algentes utique petiſſemus ab atrienſe, ut nos extra januam emitteret: Erras, inquit, ſi putas te exire hac poſſe, qua veniſti. Nemo unquã convivarũ per eãdem januã emiſſus eſt. alia intrant, alia exeunt. Quid faciamus homines miſerrimi, & novi generis labyrintho incluſi, quibus lavari jam cœperat notum eſſe? Ultro ergo rogavimus, ut nos ad balneum duceret. projectisq; veſtimentis, quæ Gyton in aditu ſiccare cœpit, balneum intravimus, anguſtum ſcilicet, & ciſternæ frigidariæ ſimile, in qua Trimalcio rectus ſtabat, ac ne ſic quidem putidiſſimam ei actionem licuit effugere. Nam nihil melius eſſe dicebat, quam ſine turba lavari: & eo loco ipſo aliquando piſtrinum fuiſſe. Deinde, ut laſſatus conſedit, invitatus balnei ſono diduxit uſque ad cameram os ebrium, & cœpit Menecratis cantica lacerare, ſicut illi dicebant, qui linguam ejus intelligebant. Ceteri convivæ circa labrum manibus nexis currebant, & gingilipho ingenti clamore exſonabant: alii autem, aut reſtrictis

ſtrictis manibus anulos de pavimento conabantur tollere: aut poſito genu cervices poſt terga flectere, & pedum extremos pollices tangere. Nos, dum alii ſibi ludos faciunt, in ſolo, quod Trimalcioni perijapatur deſcendimus. Ergo ebrietate diſcuſſa in aliud triclinum deducti ſumus, ubi Fortunata diſpoſuerat lauticias ſuas, ita ut ſupra lucernas, æneolosq; piſcatores notaverim: & menſas totas argenteas, calicesq; circa fictiles inauratos: & vinum in conſpectu ſacco defluens. Tum Trimalcio: Amici, inquit, hodie ſervus meus babatoriam facit, homo, præfiſcini, frugi, & micarius. Itaq; tangomenas faciamus, & usq; in lucem cœnemus. Hæc dicente eo gallus gallinaceus cantavit, qua voce confuſus Trimalcio vinum ſub menſa juſſit effundi, lucernamque etiam mero ſpargi; immo anulum trajecit in dexteram manum, & Non ſine cauſa, inquit, hic buccinus ſignum dedit; nam aut incendium oportet fiat: aut aliquis in vicinia animam abjiciet. Longe à nobis; itaque quisquis hunc indicem attulerit corollariũ accipiet. Dicto citius de vicinia gallus allatus eſt, quem Trimalcio juſſit, ut æno coctus fieret. Laceratus igitur ab illo doctiſſimo coco, qui paulo ante de porco aves, piſcesq; fecerat in cacabum eſt conjectus; dumq; Dædalus potionem ferventiſſimam haurit, Fortunata mola buxea piper trivit. Sumptis igitur matheis reſpiciens ad familiam Trimalcio: Quid vos, inquit, adhuc non cœnaſtis? abite, ut alii veniant ad officium. Subiit igitur alia claſſis, & illi quidem exclamavere, Vale Gai: hi autem, Ave Gai. Hinc primum hilaritas noſtra turbata

eſt

eſt; nam cum puer non inſpecioſus inter novos intraſſet miniſtros, invaſit eum Trimalcio, & oſculari diutius cœpit. Itaque Fortunata, ut ex quo jus firmum approbaret, maledicere Trimalcionem cœpit, & purgamentum, dedecusque prædicare, qui non contineret libidinem ſuam. Ultimo etiam adjecit, canis. Trimalcio contra confuſus, offenſus convicio calicem in faciem Fortunatæ immiſit. Illa tanquam oculum perdidiſſet exclamavit, manusque trementes ad faciem ſuam admovit. Conſternata eſt etiam Scintilla, trepidantemque ſinu ſuo texit: imo puer quoque officioſus urceolum frigidum ad malam ejus admovit, ſuper quem incumbens Fortunata gemere, ac flere cœpit. Contra Trimalcio: Quid enim, inquit, ambubaja non me miſit ſe de machillã illam ſuſtuli: hominẽ inter homines feci? at inflat ſe tanquam rana, & in ſinum ſuum conſpuit; codex, non mulier. Sed hic, qui in pergula natus eſt ædes non ſomniatur. Ita Genium meum propitium habeam, curabo domata ſit Caſſandra caligaria. Et ego homo dipondiarius ſeſtertium centies accipere potui. Scis tu me non mentiri. Agato unguentaria here proxime ſeduxit me, & Suadeo, inquit, non patiaris genus tuum interire. At ego, dum bonatus ago, & nolo videri lenis, ipſe mihi aſciam in crus impegi. Recte curabo me unguibus quæras: & ut de preſentiarum intelligas quid tibi feceris: Habinna, nolo ſtatuam ejus in monumento meo ponas, ne mortuus quidem lites habeam. Immo, ut ſciat me poſſe malum dare, nolo me mortuum baſiet. Poſt hoc fulmen Habinnas rogare cœpit, ut jam deſineret

Digitized by Google

neret iraſci: & *Nemo*, inquit, *noſtrum non peccat; homines ſumus non Dij*. Idem & Scintilla flens dixit, ac per Geniũ ejus, Gajum appellando, rogare cœpit, ut ef. frangeretur. Non tenuit ultra lacrimas Trimalcio, & Rogo, inquit, Habinna ſic peculium tuum fruniſcaris, ſi quid perperam feci in faciem meam inſpue. Puerum baſiavi frugaliſſimum; non propter formam ejus, ſed quia frugi eſt. decem partes dicit: librum ab oculo legit: threcium ſibi de diariis fecit: artiſelium de ſuo paravit, & duas trullas. non eſt dignus, quem in oculis feram? ſed Fortunata vetat. ita tibi videtur fulcipedia? ſuadeo bonum tuum concoquas milua, & me non facies ringentem amaſiuncula; alioquin experieris cerebrum meum. Noſti me, quod ſemel deſtinavi clavo tabulari fixum eſt. Sed vivorum meminerimus. Vos rogo amici, ut vobis ſuaviter ſit; nam ego quoque tam fui, quam vos eſtis ſed virtute mea ad hoc perveni. corcillum eſt quod homines facit, cetera quiſquilia omnia. bene emo. bene vendo, alius alia vobis dicet. felicitate diſſilio. Tu autem ſtertera, etiam num ploras? iam curabo fatum tuum plores. Sed, ut cœperam dicere, ad hanc me fortunam frugalitas mea perduxit. Tam magnus ex Aſia veni, quam hic candelabrus eſt ad ſumma. quotidie me ſolebam ad illum me uri, & ut celerius roſtrum barbatum haberem labra de lucerna ungebam. tamen ad delicias femina ipſimi domino annos quatuordecim fui, nec turpe eſt, quod dominus jubet. ego tamen, & ipſi meæ dominæ ſatisfaciebam. ſcitis quid dicam. taceo quia non ſum de glorioſis. Ceterum, quemadmodum Di-

vo-

volunt, dominus in domo factus ſum; & ecce cœpi ipſimi cerebellum. Quid multa? coheredem me Cæſari fecit, & accepit patrimonium laticlavium. Nemini tamen nihil ſatis eſt. concupivi negotiari: ne multis vos morer, qvinqve naves ædificavi: oneravi vinum, & tunc erat contra aurum: miſi Romam putares me hoc juſſiſſe, omnes naves naufragarunt factum, non fabula: uno die Neptunus trecenties ſeſtertium devoravit. Putatis me defeciſſe? non me hercules mi hæc jactura guſti fuit, tanqvam nihil facti, alteras feci majores, & meliores, & feliciores, ut nemo non me virum fortem diceret. Scis magna navis magnam fortitudinem habet; oneravi rurſus vinum, lardum, fabam, ſeplaſium, mancipia. Hoc loco Fortunata rem piam fecit; omne enim aurum ſuum, omnia veſtimenta vendidit, & mi centum aureos in manu poſuit, hoc fuit peculii mei fermentum. citò fio, quod Dii volunt, uno curſu centies ſeſtertiùm corrotundavi. Statim redemi fundos omnes, qui patroni mei fuerant. ædifico domum, venalicia coemo jumenta, quicquid tangebam creſcebat tanqvam favus. Poſtqvam cœpi plus habere, qvam tota patria mea habet, manum de tabula, ſuſtuli me de negotiatione, & cœpi libertos fenerare. Et ſanè nolente me negotium meum agere, exoravit mathematicus, qui venerat forte in coloniam noſtram, Græculus, Serapa nomine, conciliator Deorum. Hic mihi dixit etiam ea, quæ oblitus eram abacia, & acumi omnia expoſcit, inteſtina mea noverat, tantumqve non dixerat, quid pridie cœnaveram.

 putas.

Digitized by Google

putaſſes illum ſemper mecum habitaſſe. Rogo Habinna, puto interfuiſti. tu dominam tuam de rebus illis feciſti. tu parum felix in amicos es. nemo unquam tibi parem gratiam refert. tu latifundia poſſides. tu viperam ſub ala nutricas; & cur vobis non dixerim etiam nunc mi reſtare vitæ annos triginta, & menſes quatuor, & dies duos? præterea citò accipiam hereditatem. Hæc mihi dicit fatus meus; quod ſi contigerit fundos Apuliæ jungere, ſatis vivus pervenero. Interim dum Mercurius vigilat ædificavi hanc domum: ut ſcitis caſa erat, nunc templum eſt. habet quatuor cœnationes, cubicula viginti, porticus marmoratas duas, ſuſum cellationem, cubiculum in quo ipſe dormio, viperæ hujus ſeſſorium, hoſtiarii cellam per bonam, hoſpitium hoſpites capit. ad ſumma Scaurus cum huc venit, nuſquam mavoluit hoſpitari, & habet ad mare paternum hoſpitum, & multa alia ſunt, quæ ſtatim vobis oſtendam. Credite mihi. aſſem habeas, aſſem valeas. habes, habeberis. ſic amicus veſter, qvi fuit rana, nunc eſt rex. Interim Stiche profer vitalia, in quibus volo me efferri. profer & ungventum, & ex illa amphora guſtum, ex qua jubeo lavari oſſa mea. Non eſt moratus Stichus, ſed & ſtragulam albam, & prætextam in triclinium attulit, juſſitque nos tentare an bonis lanis eſſent confectæ. Tum ſubridens: Vide tu, inqvit, Stiche ne iſta mures tangant, aut tineæ; alioquin te vivum comburam. ego glorioſus volo efferri, ut totus mihi populus bene imprecetur. Statim ampullam nardi aperuit, omneſque nos unxit: Spero, inquit, futurum, ut æqve

me

Digitized by Google

me mortuum juvet, tanquam vivum; nam vinum quidem in vinarium juſſit infundi: & putate vos, ait, ad parentalia mea invitatos eſſe. Ibat res ad ſummam nauſeam, cum Trimalcio ebrietate turpiſſima gravis, novũ acroama, cornicines in triclinium juſſit adduci, fultusque cervicalibus multis extendit ſe ſupra torum extremum: & Fingite me, inquit, mortuũ eſſe, dicite aliquid belli. Conſonuere cornicines funebri ſtrepitu. Unus præcipue ſervus libertinarii illius, qui inter hos honeſtiſſimus erat tam valdè intonuit, ut totam concitaret viciniam. Itaque vigiles, qui cuſtodiebant vicinam regionem rati ardere Trimalcionis domum, effregerunt januam ſubito, & cum aqua, & ſecuribus tumultuari ſuo jure cœperunt. Nos occaſionem opportuniſſimam nacti Agamemnoni verba dedimus, raptimque tam plane, quam ex incendio fugimus.

*FINIS.*

# Ad utrumqve PETRONIUM,

## *Arbitrum & Dalmatam,*

# Scholia REINESI.

PAg. 5. *in promulſidari aſellus erat Corinthius cum biſaccio poſitus, qvi habebat olivas in altera parte albas, in altera nigras,*) Doctiſſimorum hominum ſtudia, curæ & labores, quos non ſine jucunda æmulatione Petronio jam diu ulceroſo & deformi ſanando & ornando contuliſſe laudamus, multa optimæ frugis eruerunt, bonamque copiam verarum lectionum, eruditarum expoſitionum & pulcerrimarum obſervationum nobis paraverunt; ſed pericopen tamen hanc ferè præteriêrunt. Conſtat aſellum vas fuiſſe ex ære Corinthio; de ejus uſu, quòd eſſet inter promulſidaria, in quibus guſtatio ſoleret exhiberi, pariter; de forma, unde biſaccium intelligeremus, turbant Annotationes, Commentarii, Conjecturæ & quicquid eſt Symbolarum. *Aſellum duobus hinc & inde ſaccis onuſtum* nobis oſtendunt, & *carnes pulli aſinini* h. e. *aſellum pro obſonio* offerunt; ſunt autem deliciæ illæ petitæ longiùs, Corinthiis etiam, contrà quàm volunt, ignotæ; nihil quidem iſtud ad Petronianas. Tum *hiſce ſaccis lances ferculorum & parapſides in menſa impoſitas fuiſſe* comminiſcuntur; at hîc Petronium prorſus deſerunt loqvunturque incomperta. Quid enim lances facerent in biſaccio olivis continendis fabricato? Non geſtavit aſellus vel ſuſtinuit, quod putant illi, lances, ſed ſua baſi nixus duabus lancibus tectus fuit. Petronio igitur rectè intelli-

telli·

telligendo ſimplicisſimum obviumque eſt vaſi ſormæ aſelli figurato utrinqve adfixum à fabro loculamentum inſtar ſportulæ vel bulgæ, recipiendis & continendis ſpeciebus fuiſſe ἡμίτομον ſic ut in altera ejus parte albæ, in altera nigræ olivæ circumferri & adponi convivis potuerint; hæc nimirum ῥήσεως Petronianæ mens eſt; nihil præter eam fingendum. *Biſaccii* vocabulum à Latinis in ſuam Provincialem lingvam receperunt Itali, cum *adpellant biſacciam, viſacciam*, quam nos *taſcam* i. e. peram, manticam, casſidile, vidulum, bulgam; itemque Galli, quibus *biſſac, beſace* idem, & *beſacier*, qui portat valiſiam, bulgarius. Eadem ſignificatione Δισάκιον dicit recentior Græcia peram vel manticam duplicem, cujus pars una antè, altera retrò, æquali tumore & pondere, penderet: & *ſcholiaſtes Ariſtot 3. Rhet. XI.* Philamona, quem Poeta ζυγομαχεῖν τῷ Κωρύκῳ ſcripſerat, ἐοικέναι τῷ δισακίῳ, quòd dimidio corporis in antrum Corycéum irrepſiſſet, altero extrà hæreret, interpretatur.

7. *Qvare tangomenas faciamus: vita vinum eſt.*) Hîc verò manifeſtisſima eſt Petronianorum non tàm corruptela quàm interpolatio. Cùm enim ſententiæ, quam Editiones noſtræ exhibent, nihil deſit: quiſque eam perfectam concipimus: iſta unà cum aliis quamplurimis, notandis in loco, pro gloſſemate & in officioſo additamento meritò habetur, niſi conjecturâ, duas hujus Satyrici ἐκδόσεις à Petronio, quod ab aliis quoque ſcriptoribus factum meminimus, elaboratas fuiſſe, uti voluerimus. Finguntur autem, verba eſſe Trimalcionis & repetantur

tur ab eodem adclamante convivatores ſuos pag. 46. *Itaqve, amici, tangomenas faciamus & usque in lucem cœnemus.* Eſt è more priſco hoc; nam & *Alcæi* celevſma iſtud: Πίνωμεν· Τί τὸν λύχνον ἀμμένομεν; & Leonides Grammaticus ad compotores ſuos, Κεφαληνείζωμεν ἄνδρες φίλοι, cum majorem ſcyphum popoſciſſet, dixerat apud *Athen. l. XI. Jon* etiam *Chius*: Πίνωμεν. Παίζωμεν· ἴτω διὰ νυκτὸς ἀοιδή. Verbum etiam à priſcis tractum; potum enim liberaliorem ſic circumloquitur ille apud Suidam ἀνώνυμος, (eſt autem *Alcæus*) οἴνῳ τέγγε πνεύμονα. τέγγε. & *Erathoſthenes apud Macrob. 7. Sat. 15.* καὶ βαθὺν ἀκρήτῳ πνεύμονα τεγγόμενοι. Phraſis autem & conſtructio ne quidem â ſemipriſco ſcriptore, ſed à Græciſſante Latino ejus ſeculi, quo in Græcis, quò minus ea intelligerent, eò magis graſſabantur, ridiculosqve ludos edebant; intra ſeptem à ſeptimo ſecula infelix ea literatura decurrit. Τεγγομένους faciamus, inquit; quod Arbiter, Græcè locuturus, ut ſolet doctè & venuſtâ alluſione dixiſſet, Τέγγωμεν· Τεγγώμεθα i. e. *Madidemus nos, Rigemus nos; invitemus nos*, verbo Plautino; neque puto quenquam fore qui iſtam ineptiam *tangomenas fac.* ſcriptori Romano tribuere porrò volet. Fortasſis de recōditis iſtis *tangomenis* aliud ſentit alius; non impedio; ſaltem eas nunc mitto, ne chartam ultrà maculent.

In repoſitorio, quod XII. ſigna Zodiaci in orbem diſpoſita habebat, & ſuper quodque convenientem materiæ cibum, *ſuper Virginem* impoſuerat *ſtructor ſteriliculam.*) Non adſentior Viro docto, cui iſta Arbitri, qvia obſcura variè corrupta & emen-

mendari deſperata, mera ſomnia videntur. Usque
adeò nihil contemno quod Petroniani ſaporis eſt,
ſed curâ meâ dignor. Vera lectio, *Stericulam*; at
per compendium ſcripturæ ſic nominari *ſteriliculã*
haud credam. *Stericula* mihi diminutivum ſecundi
gradus eſt, quòd genus valdè amat *Petronius*, *â ſte-*
*rula*; hoc à *ſtem*. Ita *olla*, *ollula*, *ollicula*: *ſilva*, *ſilvu-*
*la*, *ſilvicula*: *Servus*, *ſervulus*, *ſerviculus*; *glomus*, *glo-*
*mulus*, *glomiculus*, *glomicellus*; quæ bonis auctoribus
in uſu. *Stera* autem in manuſcr. veteribus, præſertim
rei medicæ, Græcum ὑςέρα i. e. uterus, matrix, vul-
va; inde ſterica pnix *Silvat. Pand. c. 376.* hyſterica
pnica *Theod. in Gynæc. c. 1.* ὑςερικὴ πνὶξ i. e. matricis
præfocatio, ex utero ſuffocatio: *Steras dynaſtba*
*Int. veteri* Γυναικείων *Moſchionis* pro *ſteras dioptra*
i. e. uteri ſpeculum; de quo *Albucaſis l. 2. Chirurg.*
*c. 77. Paræus l. 23. Chir. c. 62. Vid. Vid. l. 2. Chirug. c. 3.*
Μῆτραι vulvæ, præſertim ſuum in deliciis veterum
*Plin. l. XI. c. 37. Plut. 3. Symp. 9. Athen. l. 3.* Eæ in tri-
plici differentia; ejecticiæ, ἐκβολάδες, quæ ejecto
fœtu; porcariæ, quæ edito fœtu, ἐκτοκίδες: ſteri-
les, quæ de virgine porca, ut loquitur *Mart. l. 13. epi-*
*gram. 56.* ſeu caſtrata, vetere Germanico idioriſmo,
*nonnâ* ſumerentur. Signo autem Virginis impoſita
fuerat ſtericula ſeu uterculus ex ejusdem generis
porca, quæ nondum conceperat vel pepererat. In
eandem quidem ſententiam lectio altera cum ſua
interpretatione collimat: ſed tùm fingenda eſt el-
lipſis ſubſtantivi; quod licere dubito. Certè nemo,
puto, concipiet, ſi *ſteriliculam* abſolutè nominave-
ro, Virginis porcæ matricem; eſt enim adjectivum
iſtud indifferens ad alia quoque animalia. *Sus*

Digitized by Google

*Super ſagittarium oclopetam*) Locus à Viris doctiſsimis tentatus variè, tandem habitus pro deſperato, quique ex aliis reſtitui non potuit hactenus, ex hoc Codicis Tragurienſis, quem vel hoc ſolo nomine precioſum habemus, facillimè, ſi quid video, poteſt. Iſtud enim *oclopetam* ad veram, primævam, Petronii ingenio & ſtilo convenientem lectionem manu me ducit. Scripſerat *ſclopetam* vel *ſtlopetam*; *c* enim & *t* in Longobardica permutantur; à quo quàm minimum aberrarunt manus librariorum, qui capitalem *s* in *o* mutarunt & duas *cl* in unam *d* proclivi errore contraxerunt in Editionibus aliis. *Sclopeta* verò novatum â Petronio eſt, uti alia nonnulla, cum inſigni gratia & venuſtate cenſumque Latinorum inopem bellè locupletat. Neque enim elegantius, δεινότερον, ἐμφαλικώτερον καὶ ἰδιαίτερον exprimas puerile iſtud ludicrum inſtrumentum, quando cannæ, ligno emedullato vel etiam calamo craſsiori pedali cubitalive aptant bacillum ligneum, eoque vi quadam intruſo globulum è ſtuppa, lana, linteo concerpto, vel charta conculcata explodunt, unde ſonitus: (quem ὀνοματοπεποιημένως vocant *ſclopum*, *ſtloppum*) adpellant idiomâte noſtro, eine Klatſchbüchſe. Cur Sagittario *ſcloperam* impoſuerint ſatis lucet, nim. arcum hujus, quo metam ferire inſtituit, eâ repræſentari, ut paulò antè ſignum Libræ ſtaterâ, voluit Trimalcio.

8. *Sed hæc lupatria providet omnia, & ubi non putes eſt*) Sunt iſta de Fortunata Trimalcionis uxore; convitio hîc dici *lupam* non feram; commendatur

enim

enim ejus οἰκεῖα pariter ac p. 39. Legam igitur
*eupatria*; nim. laudat eam quaſi à natalibus, ut al-
to ſangvine cretam: quam alrâs Græci εὐπατέρειαν
dicunt. *Philo de libert.* ἀμφιθαλεῖς καὶ τῷ ὄντι εὐπα-
τρίδας adpellat, ὧν οὐ γονεῖς μόνον ἀλλὰ καὶ πάπποι,
καὶ πρόγονοι μέχρι τῶν ἀρχηγετῶν καὶ πρὸς ἀνδρῶν
καὶ πρὸς γυναικῶν ἐπιφανέστατοι γενόμενοι. *Arrianus*
*l.4. Epictet. c.11.* πάντων τῶν εὐπατριδῶν καὶ πλουσί-
ων ἀταραχώτερον διάγω, καὶ εὐεξέστερον.

9. *Eſt tamen male lingva, pica pulvinaris.*) Hæc
ita diſtingvenda ſunt, ut lingvoſam, πρόγλωσσον &
maledicam fuiſſe intelligas; tùm ſolitam de pulvi-
no concionari. Picæ humanâ voce loqventes ca-
veis tenentur; iſta ſedens in pulvino παρρησιάζεσθαι
jurgando & nugas garriendo totos dies conſu-
mit.

*Ad ſummam.*) Familiare habet hoc, cùm claudere
vult ſermonem & præmiſſis cumulum addere, re-
petit p. 10. & 43. *Plin. l.5. ep.6. In ſumma*: Marc. *Em-
pir. c.9. ad ſummam*: itaqve *Sen. ep. 31.* Græci τὸ δὲ
ὅλον *Theophr. 2. hiſt. plant.* c. 1. ὅλως *Ariſtot. 2. Rhet.*
*Lucian. in bis accuſ.* item καθόλου, τὸ τελευταῖον· συν-
ελόντι· ἐν ἐπιτομῇ.

*qvemvis ex iſtis babacalis in rutæ folium conjici-
et.*] Loquitur de familia Trimalcionis quam caram
habeat. An legendum *babaculis*, ut ſervos ſic adpel-
let in flore ætatis, formato nomine diminutivi Lati-
ni modulo, è Græco βάβαξ, quod & Βάβης; quæ
ſervilis adpellatio eſt apud *Polluc. l.5. c.5.* Verior le-
ctio, *berbeculis*; berbex, vervex, ψεκτικὸν, pro ho-
mine ſtupido. *Berbeculi adoleſcentes apud Arnob.*
*l. 4.*



Digitized by Google

*l.* 4. ſunt ventri penique dediti. *Babaculos*, quos *Salmaſius* ἀπὸ τῦ βιβάζειν dictos ſupponit, non emam titivillitio. V. quæ dico ad p. 39.

Proverbialem ῥῆσιν, *in ruta folium conjicere*, interpretor de molli curatione indulgentiâque & diligenti cuſtodia: q. d. ita caros habet famulos ſuos, adeoqve curat tenerrimè, ut *ruta* foliis (nos *roſam* adhiberi diceremus) involvere & in ſubſtratis collocare quemvis ex iſtis non dubitet. Capiunt hæc lucem & reddunt viciſſim iſtis *Martialis l. XI.* ep. 32. ubi Cœcilii cujusdam, qui è cucurbita re vili, & inter eſcas plebis varios cibos, & diverſi generis fercula imitantia dapes delicatas & ſumtuoſas pro amicis paraverat, unumque aſſem tot ferculis impenderat, tenacitatem & ſordes irridet, addens tandem

*Hinc cellarius experitur artes*
*Ut condat vario vafer ſapore*
*in ruta folium Capelliana*

exquiſita illa ſcitamenta & multiformes cupedias, quæ è paupertina cucurbita doctiſſimo coco exiiſſent.

*omnia ei domi naſcuntur, lana, credræ, piper.*] Lego, cum venia, *poledra.* Prædicat magnificentiam & nobilitatē domini, quòd eſſet ἱπποτρόφος & aleret in prædiis ſuis præter greges oviaricos equitium in ſobolem; Latino-B. dixere *eqvaritiam*, *ſtodium*, *ſtuodium*, *ſtotariam* è Germanico Stuterey. Poledrus, pullus equinus; eſt *in Legis Sal. t.* 44. *in Alemann.* t. 73. *§.* 7. poledrus anniculus vel bimus. Polletrus in *Weſegoth. l.* 8. t. 4. *§.* 5. E Græco πῶλος unde

Digitized by Google

unde & noſtrum, Fohlen / Füllen. Conatus ſum; fortasſis nihil extrico.

*Tanta eſt animi beatitudo*) leg. homini.

*Valde ſuccoſi ſunt*) an melius *lucroſi?* i. e. divites, εὐχέται, Habentii, Abundantii. Propriè ſuccoſam lanam i. e. οἴσυπον, Q. Serenus c. 57. humidos & ſuccoſus cibos *Gæriop. l. de febr. c. 14.* Non damnem Metaphoricum iſtud; ſed alterum præfero, quòd ſic artes Libertorum, & quibus fucis, concusſionibus & ſycophantiis rem facere ſolebant, propiùs tangentur. Redeant ad memoriam illi temporum Claudianorum prædivites & magnipotentes ſtigmatiæ Calliſtus, Helicon, Narciſſus, Pallas, Polycletus, Patrobius, Polybius, Maſſa, Carus.

10. *Sicut ille fericuluſt a mel habuit praxim*) *l. Sericulus* tamen: i. e. ὀψιμαθὴς; etſi ſerò diſcere inceperit, peritiam tamen habet. Sericulus, ut *acriculus* apud *Cic. 3. Tuſc. 17.*

11. *Plurimi hoc ſigno* (Arietis) *ſcholaſtici naſcuntur* & arieti illi) leg. *arietilli.* Contemtim ſic vocat ſcholaſticorum diſcipulos tanquam petulantes, feroces & incurſaces, vel etiam tanquam hebetioris ingenii ſtupidos & ſimplices; *Galenus 6. m. m. c. 3. è Cercidâ Comico* κρομύξυς eodem ſenſu dixit.

*In Leone* (ſigno cœleſti), *catapbage naſcuntur.*) Lego *catapbaga.* Græcis enim καταφαγὰς, καταφαγῆς: pravum eſt καταφαγός. Gloſs. *Ganeo.* Λιχνός, καταφαγής, λωποδύτης ῥέμβος, λαιμαργός. Ebræorum quoque ſententiâ leo pro voraciſſimo animali habitus fuit; quod adparet ex ænigmate

gmate Samſonis *Judic. XIV.* qui cùm *comedentem* vel vorando conſumentem diceret, leonem intelli volebat.

12. *Etiam videte, quam porcus ille ſilvaticus totam comederit glandem.)* leg. *quam porcus* i. ſ. *tandem comederit glandem.* Volebat oſtentator docere convivas, ſe porcum illum palmulis ſeu dactylis, non glande & ſiliquis, ùt vulgus, paviſſe, ut plurimæ in Oriente gentes ſolerẽt, qvibus è palmis quadrupedũ, ſuum inprimis, cibus, teſte *Plinio l. 13. c. 4.* eóque eas è ſportellis de dentibus porci ſuſpenſis, promi à pueris & dividi cœnantibus juſſit.

*Thebaicasq́; & caryotas)* Palmarum fructum ſeu dactylos, palmulas ſic etiam diſtinxit *Galenus 2. de alim. fac. c. 25.* ut Ægyptias ſiccas & adſtringentes; Syriacas vel Judaicas caryotas ſeu nucales *Dioſcor. l. 1. c. 149. καρυώδεις*, molles, tumidas & dulces eſſe adfirmaret: quem ſeqvuntur plerique *Bruyer. l. XI. c. 14. & L. Nonn. l. 1. de re cib. c. 39.* Multò plura de utraque ſpecie *Theoph. 2. hiſt. plant. 8. & ibi Scal. Conſtant. Bodæus.* Genera quadraginta novem numerat *Plinius l. 13. c. 4.* Sed cùm multâ, dum veteres non ſemper intelligeret, vel perperam excerperet, digereretque in tanta rerum copia, perturbatione. *Marcellus d. Empir. c. 20.* palmulas caryotas Thebaicas pro iisdem accipit.

*Poſtqvam itaq; omnes bucaluſias conſumſi)* Lege *bucoleſias*; *βουκολήσιας*: i. e. inanes & falſos conceptus, variasque imaginationes, & meditationes, mentis agitationes & animi nusquam reſidentis volu-

volutationes. Βυκολεῖν eſt decipere: inde βυκολήτης, ἀπατεὼν *Heſychio*. *Lucianus in tragopod.* ἐλπίδι ματαίᾳ βυκολύμενοι, ſpe vana deluſi. In Lege Attica τῦ βασιλέως adppellata, ἐχθὸς βυκολίας eſt *ſine dolo*, ut rectè vidit *Petitus miſcell. l.6.c.2. & comm. ad LL. Att. l.1. tit.2. Theophyl. Simocattes ep. Tettigonis ad Porphyr.* οἴμοι! βεβυκόλημαι ὁ δείλαιος: *heu! deluſus ſum miſer.* Nimis adfectatum eſt, & fortasſis obtruſum Petronio à ſemi Græco quodam; dubitoque à Latinorum quoquam prætereà receptum unquam. *Crediderim* artem veteres qui *decollo, decolo*, dixere pro decipio, *Diom. l.1.* extatq; ea ſignificatione apud *Plautum in Aulul. in Caſina, in Capt. a.3. ſc.1.* id formaſſe è Græco βουκολέω. Quò ſtante ceſſare poterunt Grammaticorum ἀψιμαχίαι, qnorum pleriq; derivant à *collo*, & varia, ut rē utcunque explicent, comminiſci neceſſe habent.

13. *Cum pataracina popoſciſſet*) lego, *par duracina*, & intelligo Perſica: V. *Plinius & Diætetici.*

*Staminatas duxi & planè mattus ſum*) ſubintelligo *potiones*, ut in editis: *volabant meracæ potiones*: ſequitur enim, *vinum mihi in cerebrum abiit.* Legendum verò *ſtamniatas* i.e. hauſtus liberaliores, urnales & amphorales. ςαμνὸς, ςαμνίον, hama, amphora, urna, ſeria, multilibris aqualis, crater urnæ capax *Juven. Sat. 12.* puteus argenteus, vas potorium majus, dignum ſitiente Pholo, quod vel jumento potando ſufficeret: potiones ſtamniatæ Kuhſüffe.

*Baliſcus fullo eſt.*) Sermo omnis eſt de virtute ſeu effectibus balnearum. Permaximè ſolens Petronio uti Diminutivis, quæ diminutivè tamen non ſignificent:

cent: ſic *berbeculos*, *ſterilicul am* p. 9. *taurulum* p. 11. *aliculam* p. 12. *corneolum* p. 15. *glebulas*, *lamellulas*, *utriculos* p. 28. *ſtatuncula* p. 22. *epatia* p. 30. *lucunculum* p. 37. *mactrillam* p. 47. *Cocillum* p. 48. *cerebellum* p. 49. dixit. Legendum verò revocatâ ſyllabâ, quæ effugerat manum deſcriptoris vel typographi, *balaniſcus* i. e. balneator: hoc formatum è Gr. βαλανεὺς: hujus Fœmin. βαλανὶς, & paragogicè βαλάνισσα: ut βασιλεὺς, βασιλίσσα, βασιλὶς, βασιλίσσα. κοιτωνεὺς, κοιτωνίσκος, κοιτωνὶς: νεανιεὺς, & νεανίας, νεανίσκος, νεανίς: etſi alii malint νεᾶνις, quod eſt in LXX. Dan. XI. v. 6. In eo verò quod balneum vocat balneatorem προσωποποιΐαν agnoſcimus.

*Aqua dentes habet.*) Hoc interpretamentum eſſe poterit iſtius *Hippocratici* effati 6. *Epidem* 4. *n.* 18. Ὕδωρ βορρόν· *Aqua vorax*, quòd homines voraces reddat diutina in aqvis manſio, vel circa aquas habitatio; quod *Galenus in Comm.* etiam de frigidæ potu adfirmat, ὥστε τὰς ὀρέξεις αὐξάνουσι καὶ γεννᾶν; additque Græcos omnes in Aſiâ βορροὺς adpellare τοὺς πολλὰ δυναμένους ἐσθίειν.

*Homo bellus tam bonus Chryſanthus animam ebulliit*) *Bonum* hic pro defuncto poni nihili obſervatio eſt; Inſcriptiones etiam quæ in hanc rem adhibentur, aliud prorſus docent; nim. jacet τὸ *Bonus* pro epitheto. B. B. (i. e. Optimi) & Beatisſimi Cæſares Conſtantinus & Conſtantius in 6. CCLXXXIV. apud *Gruterum* vocantur, cùm adhuc viverent. Non ergo cippus ſepulcralis iſte eſt; & quomodo una memoriâ honorari potuiſſent, quorum exitus triginta amplius annis diſtabant? ſed vivorum honori

erectum

erectum monimentum. Mihi in ῥήσει iſta ellipſis placet τοῦ qvàm, ſive comparativè ſive copulativè ſumatur; Qvod autem Romani defunctos adpellarint χρηστοὺς, quo de eſt *in Q q. Rom. & Græc. Plut.* iſti negotio malè adplicabitur.

*minores qvàm muſcæ: finis tamen aliqvam virtutem habent.*) Hic locus malè ſanus à nemine meliùs quàm à medico curabitur; nim. leg. *minoris* ſc. precii ſumus, *qvàm muſca: Cinis tamen* earum *aliqvã virtutem habet*, ſcil. capillorum defluvium, calvitiem, alopecias & cognata vitia curandi. Docemur *à Plinio l. 29 c. 6. muſcarum capita recentia prius folio ficulneo aſperatas* alopecias *replere: alii* addit *ſangvine muſcarum utuntur: alii decem diebus cinerem earum illinunt, cum cinere chartæ vel nucum, ita ut ſit tertia pars è muſcis: Aetius tetr. 2. ſ. 2. c. 12.* & *Nicol. Alex. Antidot. ſ. 38. num. 83.* commendat medicam. ex alcyonio & ſulphure uſtis, toſtis muſcis cum felle ſuillo & aceto compoſitum ad easdem. *Marcellus Empir. c. 6 muſcarum capita combuſta & cum melle trita capitiq; illita mirè alopecias tollunt.* Experimentum Meſuéi à *Job. Anglico* narratur hoc: Accipe muſcas, exciccentur abſciſſis capitibus & cum avellanis aſſis & adipe caprino aut urſino fiat linimentum ſuper locum depilatum & efficaciter creſcent. Prior hiſce omnibus Aſclepiades muſcarum recens captarum capita præraſis alopeciæ locis adfricare juſſit & ſangvine earum oblinere, referente *Galeno i. de Comp. med. ſ. l. c. 9.* Cleopatra etiam jubet μυιῶν κεφαλὰς ἀποβλᾶν καὶ ἀνατρίβειν ib. c. 7. Eadem leguntur apud *Dioſcor. eupor. c. 96. & Theodorum Priſc.*

Selevci

Seleuci Philoſophia iſta deprimentis hominem infra muſcas talis eſt, quòd harum in cineres redactarum aliquis uſus ſit homini; hominis, uti bullæ, mox cùm adparuit disſilientis, nullus.

14. *Medicus nihil aliud eſt quàm animi conſolatio*) Non ita honorificè ſapiens hic triobolaris, potiùs ſcurra Seleucus exſtimavit de Medicis, ut eos pro animorum conſolatoribus prædicaret. Senſus poſcit, ut legamus *mimi* vel *mimica conſolatio*; conclamatos enim, τὰς ἐπὶ δυσμαῖς ὄντας, bonæ ſpei figmento ſtrophis & χρηστολογίαις ſuſtentant & decipiunt, qui aliter quàm fuco medici nomen tueri poſſe deſperant; hoc cacoëthes, hos θῶπας τρόπους medicæ gravitati contrarios tangit iſte.

*Antiqvus amor carcer eſt.*) Hoc etiã perſvaſum fœminis Chriſtianis aliquando ex cauſa; in alium verò finem, non ut mutarent maritos, ſed ut carerent ἀπόκοιτοι prorſus. Bertha filia Ducis Lotharingiæ, nuptiarum Robolai (niſi *Rodoldus* eſt) Ducis Pagani pertæſa Deo voverat in corde ſuo, ut ſi ab illo liberaretur, thalamo alterius viri non adſociaretur: *O, ô*, dicebat, *qvando liberabor de occupatione ſeculi hujus, qvæ animo meo & corpori meo amarus carcer eſt!* *S. Hildeg. Abbat. extra Bingam, in vita S. Roberti Confeſſoris.*

*Habuit autem oracularios ſervos, qvi illum peſſum dederunt*) l. *oricularios* i. e. ὠτακουστάς, auſcultatores, emiſſarios, per quos cognoſceret occulta, qvæ vellet: quia ſequitur, *neqvaqvam enim rectè faciet qvi citò credit*, ut emendatiùs habetur in Editionibus. Præcepti hujus veritatem probat fabula Phædri

XLIX.

XLIX. de auriculario Liberto. *Oricula autem auricula* eſt; L. Calviſius P. F. Oricula *in Veron. 9.* MLXIX. C. Coruncanio C. F. Oriculæ, *in Rom. 10.* CCCXCVIII: Sic infrà, *coda, plodo, copo.*

15. *Narrat is, quod nec ad cælum nec ad terram pertinet.*) i. e. aliena à propoſito, abſurda, inutilia, ἀπροσδιόνυσα. *Lucianus in Pſeudom.* Ὅπλω μοι χρησμοὺς ἔπεμψεν, οὔτε γῆς, φασὶν, οὔτε οὐρανοῦ ἁπτομένους.

*nec ſudavit unquam, nec expuit. Puto enim neſcio quod aſia Dis habuiſſe.*] Hoc verè Petronianum τεμάχιον eſt, ſed à manu mala fœdatum. Auctor ſcripſerat: *Puto eum neſcio quid Aſiatici habuiſſe*: itaque legendum eſt. Reſpexit autem ad Perſas qui λιτότητι τῶν βίων καὶ σωφροσύνῃ i. e. victu frugali, ſobrietate & exercitiis ſanitatem & firmitudinem corporibus, ſicut nec ſputis, nec ſudore difflu-erent, nec flatibus turgerent, conciliaſſe feruntur. Φυλάττονται, inqvit *Suidas*, πολλὰ πτύειν καὶ ἐρεῖν, καὶ ἀπομύττεσθαι. Perſæ propter exercitationes pueriles modicas eã ſunt conſecuti corporis ſiccitatẽ, ut neq; ſpuerent, neque emungerentur, ſufflatove corpore eſſent: verba ſunt M. *Varronis in Catone ſeu de liberis educ. apud Nonium in Siccam.* Primus id dixerat *Xenophon* in 1. Κύρου παιδ. Αἰσχρὸν μὲν γὰρ ἔτι καὶ νῦν ἐστι Πέρσαις καὶ τὸ ἀποπτύειν καὶ τὸ ἀπομύττεσθαι, καὶ τὸ φύσης μεστοὺς φαίνεσθαι. meminit etiam *Cic. 2. de fin. & 5. Tuſcul.* Qvotidianum Perſis Medisqve ὑπότριμμα, ſcitamentum ſeu edulium *abyrtace* fuit concinnata è porro, naſturtio & aliis; *Suid. in ἀβυρτ.* porris autem & naſturtiis calefaciendi, ſiccandi & extenuandi virtus ſingularis,

 eadem

Digitized by Google

eademque quæ acruminibus allio, cœpis, raphano, erucæ, ſinapi, quæ de facultatibus dictis commendantur à medicis. Tale eſt iſtud *Aſiaticum* Petronio reſtitutum.

16. *Sed qvare non habemus ædilem)* leg. *Sed qvare? nos habemus ædilem.*

17. *Titus noſter magnum animum, & eſt caldicer)* leg. *caldicor*, caldicors, caldicordis; θερμοκάρδιος, ὀξύθυμος, ὀξύχολος.

*quod utiqve, nam ſum illi domeſticus, non eſt, mixcix.)* Novato vocabulo deſcribit hominem inſociabilem, inadcommodum, incompoſitum, ſingularem, ſui ſenſus & juris, quem Græci eleganter ἄμικτον, ἀνάρμοστον, ἀσύμβατον ἀσύμπλοκον, ἀκοινώνητον, & ἔκθεσμον adpellant. Malim autem pro monſtroſo iſto reponere *mixtilis* vel *miſtilis*: X enim huic ſcribæ pro ſpingi ſolet. Quod autem ſimul pro vocula triſyllaba diſſyllabum dedit, factum eſt ab eliſu literæ i in ultima, quæ cùm in uno brevi vocabulo ter occurreret, ſemel ab incurioſo neglecta eſt; rectè autem, ut puto, revocata. *Miſtile, mixtile*, ut textile, textile, nexile, mictile, flexile. Sin librario de ejecta ſyllaba nihil imputari debet, utique nec neceſſe id eſt, τὸ *mixcix* commodè exponam per *miſcus*, qui & *miſcuus* & *miſculus*, i. e. vulgaris, κοινός, popularis: non miſcus, ἀκοινονόητος, non ſentiens cum reliquis, non ſtudens in commune, ſed ſibi ſuiſqve. Contrà κοινονοημοσύνη ea modeſtia, moderatio & virtus eſt, quâ quis communi cum cæteris jure cenſeri æquo animo patitur.

*Jam manios aliqvot habet)* leg. *mannos*; i. e. eqvos mino-

Digitized by Google

minores ſive pumilos ob ea quæ ſeqvuntur, *mulierē eſſedariam*; talia enim divitibus delicias faciebant. Vocabulum à Gallis acceptum *Horatio, Senecæ, Plinio: Hieron. in Eccleſ. c. 10. & Paulinus ep. ad Severum* de Melania, vulgo *buricos* vocari ſcribunt. Burichus autem eſt βρικὸς: ita Cyrenæos aſinum vocare adnotavit *Heſychius*: hoc ab Ebr. ברקום *bricom*: inde Βούριχος inferioris Græciæ, non Πύῤῥιχος, ut putat Vir magnus: & βουῤῥιχάλια, pro ſtratis eqvorum mannorumve, in *teſtam. Greg. Naz. & Chron. Alex.*

*Colubra reſtem non parit.*) leg. *piſcem*: hoc enim poſcit oppoſitio duorum inter ſe aliquà ſimilium; eademqve eſt apud Matth. VII, 10.

*Jam meliores beſtiarios vidi*) leg. *buſtuarios*, qui ante ſepulcra virorum illuſtrium placandis eorum manibus dimicabant die inferiarum.

*Occidit de lucerna eqvites.*) Qvomodo qui gladiatores ſua impenſa dederat, eosdem occiderit? Imò ſequitur *omnes poſteà ſectos fuiſſe*. Legendum igitur, ut in membro præcedente *Dedit*, ita hîc *Addidit*, *Addixit*: vel quod ſcripto propius *Exibuit*. Arenæ vel gladiaturæ verbum eſt *addicere*, pari notione cum verbis *dedere*, *tradere*, *caput in mortem & funus arenæ*: *Svet. Ner. c. 12.* hoc idem dixit, *exhibere ad ferrum*. Iſtud *de lucerna* capiamus interim de tempore, quo nim. lychni ſolebant inferri, & de convivio. *Eqvites* quid hîc faciant non adparet, præſertim qui pro *gallis gallinaceis* pugnantibus *haberentur*: ſunt à Librario; vera ſcriptura *pedites*: per hos autem ſecutorem & retiarium, vel

Threcem & murmillonem; (hæc enim genera gladiatorum ſolebãt in arena committi) intelligimus, quos in plano conſiſtentes, erectos, inclines, ſubſidentes depugnaſſe notum eſt. Hunc ſenſum eſſe ῥήσεως Petronianæ, manifeſtisſimum adparet ex iis, quæ de atta & loripede, nim. malè pedatis ſeqvuntur. Decepit autem librarium conceptus ille quo putabat Neronem Equites Rom. occidentem à Scriptore hîc tangi: quod ſecus eſt.

*Alter* è gladiatoribus munerariis *burdubaſta alter loripes)* Vera lectio fuerit, *gurdus atta*. Subſanát gladiatores pugnæ in arena, ad quam emti erogatique fuerant, ineptos ideò, qvia eſſent malè pedati; nim. alter *atta*, voce vetere Sabina, ἀπὸ τοῦ ἀτ-τειν; qui primis plantis vel etiam talis ambularet, & cùm terrã leviter attingeret, eo ipſo ſubſiliret; alter loripes, qui crura potiùs traheret ſerperetq;, quàm graderetur; quæ crurum vitia erectum ὀρθοστάδην & firmiter inſiſtere ſolo impediunt, gradu a. facilè moveri, quod imprimis cavendum gladiatoribus, quippe ut ἀνέζωστοι eſſent unicè curantibus, faciunt. De attis iſta docent *Feſtus* & Grammatici veteres alii: etiam *Caſaub. ad Svet. Tib. c. 1.* de loripede nota res eſt, neque reſtat quicquam rectè ſic emendatum eſſe Petronium eique ſuam ex Antiquitate elegantiam redditam, dubii. Quod autem ſimul adpellat *gurdum* eo animi vitium opprobare ei videri poteſt; gurdos enim pro ſtolidis accipere vulgus ait *Qvinctil. l. 1. c. 9.* & ex Hiſpania ducere originem; idque haurire potuit è Laberii mimo Cacomnemone, quem laudat *Gell. l. 16. c. 7. Iſid. in G*

*Gun*

*Gurdus,lentus, inutilis,* &, *Brutus, gurdus. Notæ Tironis: Fatuus, Morio, Gurridus*, extenſo vocabulo.

18. *Adeò de magna turba adhebete acceperant.)* Legendum, *athletæ acceſſerant.* Præpoſitio DE ſæpè abundat in oratione purè Latina; ſic in iſto *Ter. Ad. a. 5. ſc. 3. id de lucro eſſe.* Sic apud *Lucretium*, frequenter & *Catullum, Appulejum, Lampridium, Prudentium, Symmachum.* Omnium frequentiſsimè apud Medicos ſemipriſcos *Theodorum Priſcanum, Marcellum Empiricum, Gvarimpotū,* qui æquivalentem Præpoſitioni *cum* inſtrumentali ſolent adhibere.

*non es noſtræ faſcæ)* i. e. noſtræ ſortis, genituræ & educationis; tractum à more infantes faſciis involvendi, vel appenſis crepundiis inſigniendi. Græcè ἐκ σπαργάνων, quod eſt apud *Philonem de libert. & de Abrah.* i. e. à faſciis, à bulla inde ſignificat; idem cum iſto ἀπὸ βρέφους, à teneris, à cunis; ab ipſa cunabulari vita, ut loqvitur *Dudo Qvint. præf. Norm.* ὁμογάλακτοι, ὁμοτίτθιοι, collactii, qui idem lac ſuxerunt, ὁμόσπαρκτοι, (σπάρξαι enim de re eadem eſt apud *Hom. hy. in Apollinem.*) iisdem faſciis involuti, iisdem crepundiis ornati, iisdem cunis agitati.

*Jam quatuor partes dicit.)* Loquitur de Cicaronis ſui apud magiſtrum Latinum literas diſcētis in Grammatica profectu. Sic de alio puero p. 8. *decem partes dicit: librū ab oculo legit:* itemq; p. 29. *partes centum dico.* Hinc interpretor inſcriptionem apud *Gruterum* 8. DCXXV. quæ eſt de C. Terentii Fructi ſervo ATTICO: LITERATUS GRAECIS ET LA-



Digitized by Google

LATINIS LIBRARIUS. PARTES (ſic emendo quod edidère PONTES: habereque ita ſchedas *Verderii* annotant) DIXIT. CCC. Per *Partes* non intelligi poſſunt partes Grammaticæ vel etiam Orationis: ſed ſententiæ particulares & γνωμώδηlινα Latinis verbis expreſsa, quæ tironibus pro exercitio Græcæ Lingvæ ediſcenda proponi ſolebant. Idque adparet è *libris de tota re Grammat. Doſithei magiſtri tribus*, uti dixi in *Defenſ. Variarum contra cenſuram Poëtæ L. p 96.*

*Ingenioſus eſt, & bono filo, etiamſi tùm naves morboſus eſt.*) Leg. *etiamſi cùm nauſeat m. e.* Bonâ corporis conſtitutione & firmâ eum eſſe dicit; ſed cum nauſea & in adpetentia laborat interdum, morboſi quid & ſuſpecti oſtendere.

*Deſtinavi illum docere artificium aut tonſtreinum aut præconem.*) Videtur peccaſſe Librarius tranſpoſitu vocalium e & i, legendumque *tonſtrineum*, ſubintelligendo artificium: tonſtrineus à tonſtrina, ut ſpineus à ſpina. *Tonſtrinum* pro tonſore dici & accipi poſſe dubito.

19. *Modò collo ſuo circumferebat onera venalia*,) i. e. erat in ordine infimo laturariorum, φορτοβαςάκlης, ὁ τὰ ἀγώγιμα ἐκ φορτίων κερδήσας, qvæſtum faciens bajulandis mercibus. Onera venalia ſunt faſces, ſarcinæ, ſcorteæ, manticæ, valiſiæ, & qvælibet volucra; nobis Ballen: collo vel loris collo dependentibus ferri ſolita.

*anathymiaſis ſi in cerebrum it*) Græci hoc dicunt βλάπlεσθαι ἀπὸ τῆς τȣ̃ οἴνȣ ἀναθυμιάσεως, *Athen. l. 2. Anathymiaſis* verò pro vapore ſeu exhalatione

medi-

Digitized by Google

medicorum Latinitatis corruptæ vocabulum eſt. *Octav. Horat. l.2. euporiſt. c. 1. Quibus ex anathymiaſi caput fuerit inquietatum.* *Guarimpotus* Petro Damiani æquali ſeculo undecimo, *l.1. Paſſionarii cap. 2.* ſic: *Quod ſi ex ſtomacho fuerit anathymiaſis in cerebro;* & *l.2.c.18. Anathymiaſis eſt ſtomachi reſolutio ex fumoſitate*, & ſeculo tertio decimo *Matth. Silvaticus med. de Salerno Pandect. c. 43. anathymiaſis, antimiaſis, delatio fumi ſurſum à ſtomacho ad corpus.* Paulo doctiùs proximus ab hoc *Joh. Anton. Campanus l. 9. ep. 44. dicunt medici, ægrotare me ſtomachi fumo quem & Græci anathimiaſin vocant.*

Tres albi ſues.) Etiam hoc pro ſupercilio Trimalcionis rem magnificat: tali enim colore fuiſſe ſuem Calydonium eſt in Cleomenis Meleagro apud *Athen. l. 9.* Varicolores habebantur pro deterioribus. Cæterùm pompa iſta ſuum tintinnabulatorum an ſit è veteribus Romanis una neſcio; poterat videri ad XII. illos D. AntonI dictos cum tintinnabulis per vicos Lutetiæ liberè vagantes conficta eſſe; nihil tamen adfirmo.

20. *Gallum enim gallinaceum, penthiacum, & ejusmodi nænias ruſtici faciunt.)* Superbus jactator ſuæ culinæ lauticias extollit, quæ in aliorum, etiam regum, menſis è remotis locis petita ponuntur, conſpuit & depreciat. Quam *penthiacum* dicit eum h trajectâ *phaſiacum* eſſe putem, ſc. gallum: æquantur enim phaſiani generi gallinaceo alendi facultate, ſapore præſtant. Idem *Petronio* in editis quoque celebratur *ales Phaſiacis petita Colchis.* Quod pro-



Digitized by Google

propiùs abſit à ſcripto, quàm quod dedi, excusſis omnium Cœnarum elenchis, vix reperietur.

*Ex quota decuria es? cùm ille ſe ex quadrageſima reſpondiſſet.)* Artificum Collegia habebant ſuos Patronos, Quinquennales, qui & Magiſtri, Decuriones: uniuscujusque etiam eorum Corporati in Decurias diſtributi erant: quo de plura *ad Inſer. 19.* Cl. *Transferri verò ex una in aliam modo honorificum & lucroſum; modò ignominioſum non minùs quàm ſi militi gradus mutaretur, ut è digniore loco ad ſtatum Equitis ſeu Tironis retrojiceretur; eodemque modo minatur hîc Trimalcio coco ſuo, ſi diligenter non poſuerit, ſe eum in Decuram Viatorum conjecturum. Cenſenda autem iſta ſunt ad morem Urbis, in qua tot coquorum Decuriæ; in Colonia, ubi reliqva agi fingit Petronius, Corpora tot capitum, quæ quadraginta Decurias implerent, fuiſſe non potuerunt.

21. *Tenes de Ulixe fabulam, quemadmodum illi Cyclops pollicem poricino extorſit. Solebam hæc ego puer apud Homerum legere.)* Petronio præ Homericis reliquis placuit fabula de Cyclope & Ulyſſe, ut patet ex editis olim. Et cum ignota ſit iſta de *poricino*, difficilis quoque & lubrica circa eam erit divinatio noſtra; quam ideò cùm venia proponimus. Vlysſes ad Cyclopem ἄνδρα πελώριον & monſtroſæ vaſtitatis, *modicè humiles collectus in artus* ὀλίγος τε καὶ οὐτιδανὸς καὶ ἄκικυς, *Hom. Od. 10.* res contemtibilis; Ei igitur Cyclops *pollicem extorſit*, i. e. luxavit, ejecit, non vecte, contô, fuſte, ῥοπάλῳ ſive clava, quam Polyphemo geſtamen tribuit Poëta l. d.

ſed

Digitized by Google

ſed *penicillo* i. e. aſſula, virgula vel feſtuca, χειρίδιῳ *Polluc. l.* 5 περὶ ἐπάρχων. Peniculus quicquid dependet, velut extremum rei; leve ideò & violentis ictibus inferendis minimè aptum. *E poricino* verò facere *penicillo* non eſt violentia, ſi præſertim lineas duas breves, è quibus litera n conſtat, in duas longiores ll extendi cogites. Hic fortè ſenſus eſt fabulæ inter ſe batuentium Vlysſis & Cyclopis, quam præter Poetas ludens confinxit narrator jactantículus, & in oculis ſuis ſapiens.

22. *tomacula cum botulis effuſa ſunt.*) Porcus botulis farctus, itemque aper in cujus ventrem turdi vivi clauſi fuerunt p. 12. non eſt porcus Trojanus Qviritium, de quo providit Lex Fannia, V. *Macr. l.* 3. *Sat.* 13. ſed inſtar ejus; neqve idem cum iſto χοῖρος ὀπτὸς τὴν γαστέρα δεικνὺς ἄνω πλήρη οὖσαν πολλῶν ἀγαθῶν ex Hippolochi Macedonis epiſtola, qva Carani nuptiale epulum deſcripſit apud *Athen. IV. c.* 1. neque ille ſemiaſſus, ſemielixus, ἀσφάλτος γεμιστὸς χοῖρος apud eundem l. IX. Eſt enim inter hoſce & iſtum Romanorum veterum pluſculum differentiæ; id quod fraudi fuit curioſitati *Saresberienſis* qui *l.* 8. *Polycrat. c.* 7. de porco in cœna Trimalcionis ſic loquitur, tanquam Trojanus iſte fuiſſet. Quod ſi cui durum videtur ei memoriæ erratum imputare, alienum & quidem integrius exemplar, quô Trojanum iſtum repererit, cum lectitaſſe, probabiliter adfirmari poteſt. *De anſere, qui intrà ſe capit cupedia* (ita l. pro *cupia* & *aucupia*) *prandii*, i. e. olus, iſiciatum, turdum, turturem, alias aves, Poeta anonymus:

F 5 Plu-

Digitized by Google

*Plura ſaginato concluſit fercula capſo*
*cupedia & pulpas ducere docta manus.*
& *una capit totas anſeris arca dapes.*

*Annibal homo vafer & magnus ſcelio*] leg. *ſcelero* quod *Ciceroni ad Atticum* reſtituerunt. *Terent. in Evn.* 2. 4. Sc. 7. Hic nebulo magnus eſt.

23. *martiolum de ſinu portulit*) *Iſid.* 16. *Orig. c.* 15. malleum vocat: martiolum *Saresb. l.* 4. *c.* 5. è cujus ῥήσει effigiatam eſſe noſtram prorſus adparet. Veteres marculum dixere: *Plin. l.* 7. *c.* 56. *Mart. l.* 12. *ep.* 57. *aerariorum marculi. Iſid.* 19. *Orig. c.* 7. *Marcus, malleus major: marcellus, mediocris: Marculus, malleus puſillus.* Martellorum vox ſeculo ſeptimo recepta fuit; ad cujus formam fecerunt *martiolos. Petrus* tamen *Damiani* in eadem hiſtoria *vaſculum* dixit *l.* 4. *ep. ult.* ubi *marculum* rectè reponemus.

*habeo capidem, in qua Dædalus Nioben in equum Trajanum includit.*) Sine dubio Trimalcio hîc nugator decumanus eſt, & fabulas ineptioribus fabulis farcit. Scriptor reſpexit id quòd heroum pateris & poculis varia antiqui operis inſculpi conſveyerint. Herculei crateris quæ fuerint anaglypha enumerat *Papinius l.* 6. *Theb. v.* 535. & *ſeqq.* nim. ſigilla ex auro extantia Centaurorum & Lapitharum in nuptiis Pirithoi ſuper mero pugnantium: In Adraſti phiala Perſeus cum capite Gorgonis fictus erat: Neſtoris poculum cum clavis aureis adactis & infixis quatuorque cum columbis deſcribit *Hom. Il.* λ. explicantque Grammatici apud *Athen. l. XI.* nonnullorum aliis ſignis fuêre charaxata. Aliorum etiam exemtilibus emblematibus ſeu inſertis orna

ta. U

ta. Ulyſſes & Diomedes erant in phialæ emblemate Palladium ſurripientes; fecerat Pitheas: *Plin. l. 33. c. 12.* Neroni ſcyphi duo, in quibus cœlata carmina Homeri: *Suet.*

*nam hamerotes pugnaſſent petraitis in poculis.)* Hæc prodigiosè currupta ſunt, fortasſis inſuper etjam mutila; extundam, quod veroſimile videri posſit & rem exhibeat. Legerim, *nam hermerotes ſigna eſſent veritatis in poculis.* De hermeroſine tãtillum quidem dubito; nim. ſimulacrum Mercurl & Cupidinis ab artificibus jungi ſolebat ſic ut Mercurii cum Minervæ in dicto Hermathena Ciceronis. Hermerotas Tauriſci Tralliani ſtatuarii laudat *Plinius l. 36. c. 5.* In poculorum igitur ornatus & cœlaturas adſumi potuiſſe mirum non eſt. Sed cùm ignoremus quid potisſimùm illa Mercurl & Cupidinis conjunctione ſpectarint veteres; neqve enim licet hîc comminiſci quicquid velis; neque ludatne ſcriptor hîc an ſeriò rem agat, divinare facile ſit: iſtud *veritatis* quod literarum in ſcripto ductus & familiaris huic librario literarum trajectio ſuppeditat, tolerari interim poteſt, dum aptius aliud excogitetur. Fortasſis in iſta cœlatura hermerotum ſenſus profunditas hæc, ut ſignificaretur vulgare iſtud, *In vino veritas: Plin. l. 14. c. 22. Athen. l. 2.*

*Qui ſciebat quibus meritis revocaretur ad cœnam.)* *Revocari* eſt iterum vocari, alterâ vice invitari. Exceperant, i. e. laudaverant urbanitatem jocantis Trimalcionis convivæ, inprimis Agamemnon, qui adulatione gratiam hoſpitis obtineri & obſequio noverat, expectabatque ſic alio quoque tempore invita-

invitari. Alio ſenſu *Phædrus fab.* 26. dixit *revocare* de eo, qui antè vocatus & hoſpes fuerat; quod Græcè ἀντικαλεῖν, contravocare.

24. *Madeia, peri, madeia.*) leg. ma Dia, perii! ma Dia.

*eo die XXX. pueros & XL. puellas natas.*) Verè Naturæ conſultū egit Petronius, dum iſtud in Actis privatis hominis ſui Trimalcionis perſcriptum fuiſſe finxit. Perpetuum enim eſt, plures naſci fœmellas, quàm maſculos.

25. *Conchiliata lana.*) i. e. conchylio marino, murice, purpurâ tincta. Noſter ſup. p. 9. *culcitas habere tomentum conchyliatum*; ſcil. tanquam precioſius. *Cic. 4. Verr. nihil niſi conchylio tinctum*: *Plin. l. 12. c. 7. conchylio infectam lanam, & Suet. Jul. c. 23. conchyliatam veſtem* dixit. Seculo quarto uſurpavit id voculæ *Plin. Valer. l. 1. c. 9.* factis infuſionibus in auriculas dolentes, *mox*, inquit, *lana conquiliata obturandæ ſunt*. Sequitur hunc *Marcellus Burdegal.* quem Empiricum vulgò adpellant, c. 9. jubens *aurem conchyliata lana claudere*: mox, *lana purpurea*: item *purpura*; & *lana marino Conchylio infecta*. Quod *conchyliata tapetia* è Plauti Pſeud. a. 1. ſc. 2. v. 14. petere poſſe videntur, id verò nihil eſt. A *Camerarii* enim conjectura venerunt; veteres verò m ſcr. membranæ eò ducunt, ut potiùs legamus *conſuta*: quod etiam *Sticho a. 4. ſc. 3.* de re eadem Editiones veteres ſervant, probatumque à *Grutero* & rectè receptum à *Taubmanno* amplectimur. Jam quod conchyliata potiùs quàm albâ, nigra, vel pulla lana brachium læſum involvi Tryphon voluerit, eâ ratione

tione

Digitized by Google

tione factum, quod iſti colori magnam adeò autoritatem in curandis morbis perhiberent; quæ vanitas, nec dum exolevit. Audias enim medicaſtras, etiam in aulis, promittere credulis podagrarum ſolutiones, ſi textis è filo laneo lineóve purpureo tibialibus crura obducantur: & putari majoris efficaciæ emplaſtra ſi corio purpureo vel rubro inſtrata adplicentur ægrotis: qui error è non intellecta ῥήσει *ScribonI Largi medic. 267.* etiam *Hier. Mercuriali* obrepſit, ut *l. 2. Varr. c. ult. Fœnicium* Interpretaretur de aluta coloris punicei, cùm *Fœnicium* eo loco ſit Φοινίκειον, Φοινικήϊον δέρμα, quod à Phœnicibus ſeu Pœnis paratum erat. Pœnorum enim Libyum & Carthaginenſium βυρσοδεψικῆς opera maximè probabantur: probavi de Græcis in *de Lingva Punica* c. 11. n. 8. & 9.

27. *etiamſi illos* (medicos) *odi peſſimè qvi mihi jubent ſæpe anatinam parari*) Abhorrent plerique medicos, quod tetri ſaporis medicamenta propinare ægrotis ſoleant, ex abſinthio, centaurio, gentiana, aloe, colocynthide. Ex iſtis etiam Trimalcio adſvetus dulcibus mellitisque, oſor amarorum, etſi ſalubrium, corrupto judicio. Velim igitur, quod ex edito commodisſimè exit, legere *aloetinam* vel *aloeticam*, & ſubintelligere *potionem*. Aloen enim in uſu quotidiano habitam olim haberique conſervandæ ſanitati, roborando tono viſcerum, humorum vitiis corrigendis, & putredinibus quibusvis prohibendis & expiandis notum eſt: V. *Gal. l. 6. de ſimpl. med. fac. Paulus l. 7. c. 3. & 4. Minder. in aloedario: Freit. l. 2. aurora Med. c. 5.*

lite-

*literam murem cum rana alligatum* ) i. *litoralem*: hoc enim genus ranis vicinum eſt. Alludere autem ad βατραχομυομαχίαν Homeri voluiſſe inſtituto hujus apophoreti nec ipſum incredibile eſt.

28. *Bellum pomum, qui rideat alios,* ) Scio φυτὸν, *plantam*, hominem dici: ut & dialecto noſtra εἰσφόγον, fructum, eine Frucht: ſed hîc præferam legere χλευαςικῶς prolatum, *Bellum Momum!* q. d. redivivum Momum , cui quoſvis carpere & ridere ſolens, *& quavis adſpergere cunctos.*

*Lana Eqves Romanus es*) leg. Lamia, & ſic p. 29. lin. ult. cognomen Æliorum, à Lamo rege, qui Formiis & Minturnis imperavit, deſcendentium: *Horat. l. 3. Od. XVI.*

*Redde quod debes.*) Formula eſt apud *Senecam 3. de benef. c. 14. Æqviſſima vox eſt, jus gentium præ ſe ferens, Redde quod debes*: Item ep. 18. Apud *eundem l. 7. c. 21.* Pythagoricus ad ſutoris cui quatuor denarios debebat mortui tabernam reverſus, *Ille tibi vivit*, inquit ad ſeipſum, *tu illi redde quod debes*, inſeruitque per cloſtrum denarios, exigens à ſe pœnas improbæ cupiditatis, ne alieno adſveſceret. Uſus eadẽ ſervus, repoſco acerbior, apud *D. Matthæum* c. 18, 28. ἀπόδος μοι ὅ, τι ὀφείλεις.

*glebulas.*) i. e. terrulas, *l. 6. c. Th. de patrocin. Vic. & l. 51. c. Th. de oper. publ.* Gr. γηΐδια, poſſeſſiones, tenementa: nobis *Länderey.* Inde glebalis functio, præſtatio, penſio, munus glebale, i. e. onus quod ſequebatur glebam in Legibus Codicum; Vetus enim Jus Romanum ignorat hoc vocabuli eâ ſignificatione. Græci etiam mediorum ſeculorum

βῶλον

Digitized by Google

βῶλον appellunt; unde in *Juliani ep. XI. & Syneſii ep. 38.* πατρῶα βῶλος i. e. prædium ſeu caſamentum paternum. Antiqvi glebam dixerunt, terram ligatam ſeu ceſpitem cum herba. *Verſificator lexicus manuſcr. de Verbis raris:*

*Iſidorus glebam terram vocat; inde glebones*: i. e. γηπόνοι, terricolæ, ruſtici, aratores.

*lamellulas paravi.*) De diminutivum *lamellula* à lamella, lamula; hoc à denominativo *lama*; lama verò lacuna major, lacus, foſſa, aquarũ conceptaculum, vel collectaculum. In fundorum cenſu etiam lacus, piſcinæ, vivaria erant. In antiquis piarum Traditionum chartis ſimul exprimuntur *area vel ariales terra, terra amturia cum campis, jugeribus, buphis, de pratis carrada cum cultis & incultis, viis & in viis, exitibus & reditibus, paſcuis, ſilvis, aqvis, aquarũq; decurſibus, molinis; cũ domibus, ædificiis, cum omnibus adjacẽtiis, tum mancipiis & omni eorum ſupellectile:* hæc enim ſunt qvæ villam fundumve perficiunt. Glebulis igitur vel terris emtis etiam lamas adjecit Trimalcio. More ſuo, quo freqventer Diminutivis utitur, de quo ad p. 13. etiam hîc dicit *glebulas, lamellulas*, & mox *pedicellum*. Eum verò è Stoicorũ ſchola accepiſſe videri poteſt, qui ut rerum mediarum contemtum aliis perſvaderent, etiam ea quæ magna putarentur τοῖς πολλοῖς & expetibilia adpellationibus minutivis extenuabant. Hinc illa apud *Epictetum & in libris Marci Imp.* ψυχάριον, σωμάτιον, αἱμάτιον, σαρκίον, ἀγρίδιον, οἰκίδιον, ἱππάριον, δουλάριον, δοξάριον. Aliud ſpectavit *Ariſtoteles* ju-

bens in talibus τὸ μέτριον παραγτηρῆσαι, 3. *Rhet.* 2. nim. dum format Oratorem.

*viginti ventres paſco.*) hoc de ſe jactitat, qui herè ſervus fuerat; aliquà ſimilis Demetrio Pompeî Magni Liberto, qui τότε πάντων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀνθρώπων εἰς Πομπήϊον ἀποβλεπόντων ἐθεραπεύετο παρ' ἀξίαν, μέγα παρ' αὐτῷ δυνάμενος, *Plut. Cat. min de quo Seneca de tranqvill. an c. 8. numerus illi quotidie ſervorum, velut Imperatori exercitus referebatur, cui jamdudum divitiæ eſſe debuerant duo Vicarii, & cella laxior.* Id. ep. XVII. *Turba ſervorum, ad quos paſcendos tranſmarinarum regionum eſt optanda felicitas. Facile eſt paſcere paucos ventres & benè inſtitutos, & nihil aliud deſiderantes quàm impleri.*

*canem contubernalem meam redemi, ne quis in illius manus tergeret: mille denarios pro capite ſolvi*) Mirum ſi contubernalem iſte canem habuit, in cujus villis manus tergeri poſſent. A librario iſtud eſt; nos legamus, *Cenim contubernalem* habuiſſe, eam redemiſſe, *ne quis in illius capite manus tergeret*: (hoc enim ſolebant domini, hoc Trimalcio in pueri capite fecerat p. 2.) mille denarios pro ea ſolviſſe: nim. τὸ *capite* loco ſuo exciderat, in eumqve revocandum eſt. *Cenis*, Καινὶς autem q. d. *Novella*, muliebre nomen ex hiſtoria ſumtum. Fuit hoc nomine Liberta Antoniæ eiq; à manu, dilecta Veſpaſiano, *Svet. c. 3. 21. & Domit. c. 12.* παλλακὴν adpellat *Xiphilinus*. In lapidibus notavi Cænidas, *Æliam*, *Aſiniam*, *Aureliam*, *Flaviam*, *Viniciam*.

*in alio pedicellum vides, in te ricium non vides.*) Ut

ratio

Digitized by Google

ratio oppoſitionis ſibi conſtet leg. *ricinum*, quod inſectum canibus eorumque plurimùm auriculis pertinaciter inhæret & ſangvinem ligurit, tinea canis *Oct. Hom. l. de phyſ. ſc.* ex emendatione noſtra; Græcis *κρότων*, *Ariſtoteli 5. h. an. c. 26.* *κυνοῤῥαίστης* (*ῥαίνουσι γὰρ τοὺς κύνας πίνοντες τὸ αἷμα αὐτῶν. Schol. Hom. ad Od. 12.*) infeſtat etiam pecus armenticium, majus fœdiusqve pediculo; eòque ſignificatio proverbii eadem, quæ illius apud Scriptores ſacros *Matth. 7. & Luc. 6.* de feſtuca & trabe in oculo, ubi *κάρφος* de minore, *δοκὸς* de grandiore vitio dicitur. *Horatius* eodem ſenſu *verrucas* & *tubera* oppoſuit: *Seneca l. de vita bea. papulas* & *ulcera.* Idem *2. de Ira. 8. aliena vitia in oculis habemus; à tergo noſtra nobis ſunt:* quæ Φιλαυτία hominum eſt.

*homini mali iſto & dignitoſſo.*) Iſta ſervus de domino ſuo: intelligemus quid dicat, ſi legerimus *macariſto.* Μακαριστὸν vocat opulentum & Fortunæ bonis ornatum abundantemque, & eâ re ab omnibus prædicandum beatum. Talis *Xenoph. in apol. Socr.* *ἀξιομακαριστότατος*. *Dignitoſus* eſt qui aliis *dignitarius, axiomaticus, ὁ ἐν τέλει, ἀνὴρ τῶν λογάδων.* Utitur *Aldhelmus de laude virginit. c. 28.* pro eximio, ſingulari; *dignitoſa innocentiæ palma*; ubi de Abele. Ut à vocabulo *Dignitas dignitoſus* ſequioribus ſeculis; ita à *dignus dignoſus*, à *dignatio dignatioſus* formavere dixêreq; pro æſtimato, honorato, culto, *τιμῆς μεστῷ*. Dignatio verò pro precio, æſtimatione, honore, gradu dignitatis, auctoritate, puræ latinitatis vocabulum eſt apud *Cicer. ad Att. Plin. l. 14. c. 7. l. 35. cap. 10. Sen. controv. 2. Tac. 1. hiſt. 53. 3. 81. Sveton.*

*Galba cap. 7. Symm. l. 2. ep. 62. 67. l. 9. ep. 110. Ennod. l. 11. ep. 18.*

*cujus pluris erat ungvis quàm tu totus es.*] Simile huic iſtud Rabbinorum priſcos ad novos æſtimantium *in l. Joma; melior eſt ungvis priorum, qvàm venter poſteriorum.*

29. *Etiam tu rides, cepa pirrata.*) Trajectus conſonantium c & p in vocula diſſyllaba factus à librario eſt; Petronius ſcripſerat, *pica cirrata*, quòd eſt convicium geminum in puerum jactum ab irato; alterum à moribus, quòd eſſet garrulus & importunus blatero; alterum à cultu ſeu habitu, quòd cirros geſtaret: utrumque adoleſcentibus ſcholaſticis proprium. Ἀδολεσχοῦσιν enim & libenter nugas garriunt. *Martialis* hoc dicit de *matutini magiſtri cirrata caterva* l. 9. ep. 30. Iidem φιλόκομοι & φιλόκοσμοι cirros amabant, & ſic diſtingvebantur ab ignobilibus vulgaribus; ideò *cirratos* dixit *Perſius Sat. I. v. 29.* Sunt autem cirri crines plexi tortiqve in botryonem collecti & nodo in vertice religati. Græci hoc ornatûs capillitii genus μαλλὸν, in fœminis κόρυμβον, in viris κρώβυλον, in pueris σκόρπιον nominarunt.

*Rogo, December eſt.*) Decembri Saturnalia agebantur, quæ nihil aliud erant quàm privatæ publicæqve epulæ, & continuæ inter omnem licentiam laſciviamque comeſſationes. *Sen. ep. 18. December eſt menſis, quo maximè Civitas deſudat. Jus luxuriæ publicæ datum eſt: ingenti adparatu ſonant omnia.* Servitum liberrimè agebant: V. eundem ep. 47.

*Crucis offla, corvorum cibaria.*) Convicia ſunt in homi-

hominem perditum perdendumqve: an à noſtris accepta, qui talem patibulo victimam & corvis eſcam deſtinari dicunt? *Plautus* tamen ferè talibus uſus eſt. Alioquin iſta maſtigiæ temulenti invectiva ruſtica, inſulſa prorſus & illiberalis eſt, jocisqve ad obſcœnitatem uſqve petulans: ſpargit ſimul ænigmata, nim. cùm rhetoricari incipit ſcurra p. 30. quibus quærendus Oedipus, ſi tanti viſa fuerint. Ad ea verò ulcera, quæ ſanis librarius adfricuit, alius pelvim & ſpongiam poſceret, ne ita malè cohærentibus diffluxis & diffractis concinnandis operam ponere cogatur.

*aut iſti genge, qui tibi non imperant.*) Minatur non puero corrixanti tantùm, ſed & dominis ejus, qvos ironicè vocant *gennaos*, *γεννάιϰς*: niſi Pluralis jacet pro Singulari. Legendum enim, *aut iſti gennæi, qui tibi non imperãt*, i. e. qui non prohibẽt, qui indulgẽt tibi, ut te mihi opponas. Γενναῖοι, Γεννάδαι dicuntur cum ſale, ut Egregii: eademque figura quâ *θαυμάσιον Syneſius* & *θεσπέσιον Theophyl. Dimoc. in Epp.* *καλὸν* & *δαιμόνιον* alii, quem deriſum, carptumque volebant, adpellarunt.

*Vix me teneo; & ſum natura caldus: cicer ejus cum cœpi matrem meam dupondii non facio.*) Prædicat homuncio ſui animi generoſitatem, *τὸ ἀπότομον*, ſtrenuitatem & fervorem in omnibus (etiam *τοῖς ἀνοήτοις*) quem creſcere ſibi dicit à ſumto jure ciceris; hoc enim ſic incaleſcere, ut neminem timeat, reſpiciat neminem, ne matrem quidem ſuam. Sic igitur conſtituenda lectio eſt: *Cicera jus cùm cepi.* (accepi.) Cicer, Cicera, *δίκλιτον πληθυντικῶς*, cicera,

invitari. Alio ſenſu *Phædrus fab. 26.* dixit *revocare* de eo, qui antè vocatus & hoſpes fuerat; quod Græcè ἀντικαλεῖν, contravocare.

24. *Madeia, peri, madeia.*) leg. ma Dia, perii! ma Dia.

*eo die XXX. pueros & XL. puellas natas.*) Verè Naturæ conſultū egit Petronius, dum iſtud in Actis privatis hominis ſui Trimalcionis perſcriptum fuiſſe finxit. Perpetuum enim eſt, plures naſci fœmellas, quàm maſculos.

25. *Conchiliata lana.*) i. e. conchylio marino, murice, purpurâ tincta. Noſter ſup. p. 9. *culcitas habere tomentum conchyliatum*; ſcil. tanquam precioſius. *Cic. 4. Verr. nihil niſi conchylio tinctum*: *Plin. l. 12. c. 7. conchylio infectam lanam, & Svet. Jul. c. 23. conchyliatam veſtem* dixit. Seculo quarto uſurpavit id voculæ *Plin. Valer. l. 1. c. 9.* factis infuſionibus in auriculas dolentes, *mox*, inquit, *lana conquiliata obturandæ ſunt*. Sequitur hunc *Marcellus Burdegal.* quem Empiricum vulgò adpellant, c. 9. jubens *aurem conchyliata lana claudere*: mox, *lana purpurea*: item *purpura*; & *lana marino Conchylio infecta.* Quod *conchyliata tapetia* è Plauti Pſeud. a. 1. ſc. 2. v. 14. petere poſſe videntur, id verò nihil eſt. A *Camerarii* enim conjectura venerunt; veteres verò m ſcr. membranæ eò ducunt, ut potiùs legamus *conſuta*: quod etiam *Sticho a. 4. ſc. 3.* de re eadem Editiones veteres ſervant, probatumque à *Grutero* & rectè receptum à *Taubmanno* amplectimur. Jam quod conchyliata potiùs quàm albâ, nigra, vel pulla lana brachium læſum involvi Tryphon voluerit, eâ ratione

tione

tione factum, quod iſti colori magnam adeò autoritatem in curandis morbis perhiberent; quæ vanitas, nec dum exolevit. Audias enim medicaſtras, etiam in aulis, promittere credulis podagrarum ſolutiones, ſi textis è filo laneo lineóve purpureo tibialibus crura obducantur: & putari majoris efficaciæ emplaſtra ſi corio purpureo vel rubro inſtrata adplicentur ægrotis: qui error è non intellecta ῥήσει *Scribon. Largi medic. 267.* etiam *Hier. Mercuriali* obrepſit, ut *l. 2. Varr. c. ult. Fœnicium* interpretaretur de aluta coloris punicei, cùm *Fœnicium* eo loco ſit φοινίκειον, φοινικήϊον δέρμα, quod à Phœnicibus ſeu Pœnis paratum erat. Pœnorum enim Libyum & Carthaginenſium βυρσοδεψικῆς opera maximè probabantur: probavi de Græcis, in *de Lingva Punica* c. 11. n. 8. & 9.

27. *etiamſi illos* (medicos) *odi peſſimè qui mihi jubent ſæpe anatinam parari*) Abhorrent plerique medicos, quod tetri ſaporis medicamenta propinare ægrotis ſoleant, ex abſinthio, centaurio, gentiana, aloe, colocynthide. Ex iſtis etiam Trimalcio adſvetus dulcibus mellitisque, oſor amarorum, etſi ſalubrium, corrupto judicio. Velim igitur, quod ex edito commodisſimè exit, legere *aloetinam* vel *aloeticam*, & ſubintelligere *potionem*. Aloen enim in uſu quotidiano habitam olim haberique conſervandæ ſanitati, roborando tono viſcerum, humorum vitiis corrigendis, & putredinibus quibusvis prohibendis & expiandis notum eſt: V. *Gal. l. 6. de ſimpl. med. fac. Paulus l. 7. c. 3. & 4. Minder. in aloedario: Freit. l. 2. aurora Med. c. 5.*

lite-

*literam murem cum rana alligatum*) l. *litoralem*: hoc enim genus ranis vicinum eſt. Alludere autem ad βατραχομυομαχίαν Homeri voluiſſe inſtituto hujus apophoreti nec ipſum incredibile eſt.

28. *Bellum pomum, qui rideat alios,*) Scio φυτὸν, *plantam*, hominem dici: ut & dialecto noſtra εἰσφόγον, fructum, eine Frucht: ſed hîc præferam legere χλευαστικῶς prolatum, *Bellum Momum!* q. d. redivivum Momum, cui quoſvis carpere & ridere ſolens, *& quavis adſpergere cunctos.*

*Lana Eqves Romanus es*) leg. Lamia, & ſic p. 29. lin. ult. cognomen Æliorum, à Lamo rege, qui Formiis & Minturnis imperavit, deſcendentium: *Horat. l. 3. Od. XVI.*

*Redde quod debes.*) Formula eſt apud *Senecam* 3. *de benef. c. 14. Æqviſſima vox eſt, jus gentium præ ſe ferens, Redde quod debes*: Item ep. 18. Apud *eundem l. 7. c. 21.* Pythagoricus ad ſutoris cui quatuor denarios debebat mortui tabernam reverſus, *Ille tibi vivit*, inquit ad ſeipſum, *tu illi redde quod debes*, inſeruitque per cloſtrum denarios, exigens à ſe pœnas improbæ cupiditatis, ne alieno adſveſceret. Uſus eadẽ ſervus, repoſco acerbior, apud *D. Matthæum* c. 18, 28. ἀπόδος μοι ὅ, τι ὀφείλεις.

*glebulas.*) i. e. terrulas, *l. 6. c. Th. de patrocin. Vic. & l. 51. c. Th. de oper. publ.* Gr. γήδια, poſſeſſiones, tenementa: nobis *Landerey.* Inde glebalis functio, præſtatio, penſio, munus glebale, i. e. onus quod ſequebatur glebam in Legibus Codicum; Vetus enim Jus Romanum ignorat hoc vocabuli eâ ſignificatione, Græci etiam mediorum ſeculorum

βῶλον

Digitized by Google

ῶλον appellunt; unde in *Juliani ep. XI. & Syneſii* p. 38. πατρῶα βῶλ☉ i. e. prædium ſeu caſamen- um paternum. Antiqvi glebam dixerunt, terram gatam ſeu ceſpitem cum herba. *Verſificator lexicus* *anuſcr. de Verbis raris:*

*Iſidorus glebam terram vocat; inde glebones:* i. e. ηπόνοι, terricolæ, ruſtici, aratores.

*lamellulas paravi.*) Dediminutivum *lamellula* à lamella, lamula; hoc à denominativo *lama*; lama verò lacuna major, lacus, foſſa, aquarũ conceptaculum, vel collectaculum. Infundorum cenſu etiam lacus, piſcinæ, vivaria erant. In antiquis piarum Traditionum chartis ſimul exprimuntur *area vel ariales terra, terra araturia cum campis, jugeribus, bunbis, de pratis carrada cum cultis & incultis, viis & in viis, exitibus & reditibus, paſcuis, ſilvis, aqvis, aquarũq; decurſibus, molinis; cũ domibus, ædificiis, cum omnibus adjacetiis, tum mancipiis & omni eorum ſupellectile:* hæc enim ſunt qvæ villam fundumve perficiunt. Glebulis igitur vel terris emtis etiam lamas adjecit Trimalcio. More ſuo, quo freqventer Diminutivis utitur, de quo ad p. 13. etiam hîc dicit *glebulas, lamellulas*, & mox *pedicellum*. Eum verò è Stoicorũ ſchola accepiſſe videri poteſt, qui ut rerum mediarum contemtum aliis perſvaderent, etiam ea qũæ magna putarentur τοῖς πολλοῖς & expetibilia adpellationibus minutivis extenuabant. Hinc illa apud *Epictetum & in libris Marci Imp.* ψυχάριον, σωμάτιον, αἱμάτιον, σαρκίον, ἀγρίδιον, οἰκίδιον, ἱππάριον, δουλάριον, δοξάριον. Aliud ſpectavit *Ariſtoteles* jubens

bens in talibus *τὸ μέτριον παρατηρῆσαι*, *3. Rhet. 2.* nim. dum format Oratorem.

*viginti ventres paſco.*) hoc de ſe jactitat, qui herè ſervus fuerat; aliquà ſimilis Demetrio Pompei Magni Liberto, qui *τότε πάντων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀνθρώπων εἰς Πομπήϊον ἀποβλεπόντων ἐθεραπεύετο παρ' ἀξίαν, μέγα παρ' αὐτῷ δυνάμενος*, *Plut. Cat. min de quo Seneca de tranqvill. an c. 8. numerus illi quotidie ſervorum, velut Imperatori exercitus referebatur, cui jamdudum divitiæ eſſe debuerant duo Vicarii, & cella laxior.* Id. ep. XVII. *Turba ſervorum, ad quos paſcendos tranſmarinarum regionum eſt optanda felicitas. Facile eſt paſcere paucos ventres & benè inſtitutos, & nihil aliud deſiderantes quàm impleri.*

*canem contubernalem meam redemi, ne quis in illius manus tergeret: mille denarios pro capite ſolvi*) Mirum ſi contubernalem iſte canem habuit, in cujus villis manus tergeri poſſent. A librario iſtud eſt; nos legamus, *Canim contubernalem* habuiſſe, eam redemiſſe, *ne quis in illius capite manus tergeret*: (hoc enim ſolebant domini, hoc Trimalcio in pueri capite fecerat p. 2.) mille denarios pro ea ſolviſſe: nim. *τὸ capite* loco ſuo exciderat, in eumqve revocandum eſt. *Canis*, Καινὶς autem q. d. *Novella*, muliebre nomen ex hiſtoria ſumtum. Fuit hoc nomine Liberta Antoniæ eiq; à manu, dilecta Veſpaſiano, *Svet. c. 3. 21. & Domit. c. 12. παλλακὴν* adpellat *Xiphilinus*. In lapidibus notavi Cænidas, *Æliam, Aſiniam, Aureliam, Flaviam, Viniciam.*

*in alio pedicellum vides, in te ricium non vides.*) Ut ratio

ratio oppoſitionis ſibi conſtet leg. *ricinum*, quod inſectum canibus eorumque plurimùm auriculis pertinaciter inhæret & ſangvinem ligurit, tinea canis *Oct. Homt. l. de phyſ. ſc.* ex emendatione noſtra; Græcis κρότων, *Ariſtoteli 5. h. an. c. 26.* κυνοῤῥαίστης (ῥαίνουσι γὰρ τοὺς κύνας πίνοντες τὸ αἷμα αὐτῶν. *Schol. Hom. ad Od. 12.*) infeſtat etiam pecus armenticium, majus fœdiusqve pediculo; eòque ſignificatio proverbii eadem, quæ illius apud Scriptores ſacros *Matth. 7. & Luc. 6.* de feſtuca & trabe in oculo, ubi κάρφος de minore, δοκὸς de grandiore vitio dicitur. *Horatius* eodem ſenſu *verrucas* & *tubera* oppoſuit: *Seneca l. de vita bea. papulas* & *ulcera*. Idem *2. de Jra. 8. aliena vitia in oculis habemus; à tergo noſtra nobis ſunt:* quæ φιλαυτία hominum eſt.

*homini mali iſto & dignitoſſo.*) Iſta ſervus de domino ſuo: intelligemus quid dicat, ſi legerimus *macariſto*. Μακαριστὸν vocat opulentum & Fortunæ bonis ornatum abundantemque, & eâ re ab omnibus prædicandum beatum. Talis *Xenoph. in apol. Socr.* ἀξιομακαριστότατος. *Dignitoſus* eſt qui aliis *dignitarius*, *axiomaticus*, ὁ ἐν τέλει, ἀνὴρ τῶν λογάδων. Utitur *Aldhelmus de laude virginit. c. 28.* pro eximio, ſingulari; *dignitoſa innocentiæ palma*; ubi de Abele. Ut à vocabulo *Dignitas dignitoſus* ſeqnioribus ſeculis; ita à *dignus dignoſus*, à *dignatio dignatioſus* formavere dixêreq; pro æſtimato, honorato, culto, τιμῆς μεστῷ. Dignatio verò pro precio, æſtimatione, honore, gradu dignitatis, auctoritate, puræ latinitatis vocabulum eſt apud *Cicer. ad Att Plin. l. 14. c. 7. l. 35. cap. 10. Sen. controv. 2. Tac. 1. hiſt. 53. 3. 81. Sveton.*



Digitized by Google

*Galba cap. 7. Symm. l. 2. ep. 62. 67. l. 9. ep. 110. Ennod. l. 11. ep. 18.*

*cujus pluris erat ungvis quàm tu totus es.*] Simile huic iſtud Rabbinorum priſcos ad novos æſtimantium *in l. Joma; melior eſt ungvis priorum, qvàm venter poſteriorum.*

29. *Etiam tu rides, cepa pirrata.*) Trajectus conſonantium c & p in vocula diſſyllaba factus à librario eſt; Petronius ſcripſerat, *pica cirrata*, quòd eſt convicium geminum in puerum jactum ab irato; alterum à moribus, quòd eſſet garrulus & importunus blatero; alterum à cultu ſeu habitu, quòd cirros geſtaret: utrumque adoleſcentibus ſcholaſticis proprium. Ἀδολεσχοῦσιν enim & libenter nugas garriunt. *Martialis* hoc dicit de *matutini magiſtri cirrata caterva* l. 9. ep. 30. Iidem Φιλόκομοι & Φιλόκοσμοι cirros amabant, & ſic diſtingvebantur ab ignobilibus vulgaribus; ideò *cirratos* dixit *Perſius Sat. I. v. 29.* Sunt autem cirri crines plexi tortiqve in botryonem collecti & nodo in vertice religati. Græci hoc ornatûs capillitii genus μαλλὸν, in fœminis κόρυμβον, in viris κρώβυλον, in pueris σκόρπιον nominarunt.

*Rogo, December eſt.*) Decembri Saturnalia agebantur, quæ nihil aliud erant quàm privatæ publicæqve epulæ, & continuæ inter omnem licentiam laſciviamque comeſſationes. *Sen. ep. 18. December eſt menſis, quo maximè Civitas deſudat. Jus luxuriæ publicæ datum eſt: ingenti adparatu ſonant omnia.* Servi tum liberrimè agebant: V. eundem ep. 47.

*Crucis offla, corvorum cibaria.*) Convicia ſunt in homi-

Digitized by Google

hominem perditum perdendumqve: an à noſtris accepta, qui talem patibulo victimam & corvis eſcam deſtinari dicunt? *Plautus* tamen ferè talibus uſus eſt. Alioquin iſta maſtigiæ temulenti invectiva ruſtica, inſulſa prorſus & illiberalis eſt, jociſqve ad obſcœnitatem uſqve petulans: ſpargit ſimul ænigmata, nim. cùm rhetoricari incipit ſcurra p. 30. quibus quærendus Oedipus, ſi tanti viſa fuerint. Ad ea verò ulcera, quæ ſanis librarius adfricuit, alius pelvim & ſpongiam poſceret, ne ita malè cohærentibus diffluxis & diffractis concinnandis operam ponere cogatur.

*aut iſti genge, qui tibi non imperant.*) Minatur non puero corrixanti tantùm, ſed & dominis ejus, qvos ironicè vocant *gennaos*, γενναίους: niſi Pluralis jacet pro Singulari. Legendum enim, *aut iſti gennai, qui tibi non imperāt*, i. e. qui non prohibēt, qui indulgēt tibi, ut te mihi opponas. Γενναῖοι, Γεννάδαι dicuntur cum ſale, ut Egregii: eademque figura quâ θαυμάσιον *Syneſius* & θεσπέσιον *Theophyl. Dimoc. in Epp.* καλὸν & δαιμόνιον alii, quem deriſum, carptumque volebant, adpellarunt.

*Vix me teneo; & ſum natura caldus: cicer ejus cum cœpi matrem meam dupondii non facio.*) Prædicat homuncio ſui animi generoſitatem, τὸ ἀπότομον, ſtrenuitatem & fervorem in omnibus (etiam τοῖς ἀνοήτοις) quem creſcere ſibi dicit à ſumto jure ciceris; hoc enim ſic incaleſcere, ut neminem timeat, reſpiciat neminem, ne matrem quidem ſuam. Sic igitur conſtituenda lectio eſt: *Cicera jus cùm cepi.* (accepi.) Cicer, Cicera, δίκλιτον· πληθυντικῶς, cice-

ra, ciceres. Τῷ *Cicera* ἑνικῶς utitur *Colum. l. 22. c. 11.* & ſervarunt *Ruellius l. 2. de nat. ſtirp. 36. Bruyerin. 7. de re cib. c. 5. L. Nonn. I. c. 10.* Ejus facultates præter cætera, generare flatus, valdè nutrire, eſſe ζημωτικὴν τῆς σαρκὸς, i. e. facere ut intumeſcant carnes, ſecundum Dioclem apud Athen. in 2. augere proventum genituræ, & Venerem ſtimulare. Ideoqve perorigæ cicer ſolent objicere eqvis admiſſariis ἐν ὥρῃ ὀχείας, ut eo cibatu roborati operi ſufficiant: notavit Galenus 1. de alim. facultat. Satis pellucet ex Arbitri genio hujus cœni neqvitia: non opus eſt rimatu.

*Rectè videbo te ſtu . . . publicum, mus, imò terræ tuber.*) Lego, *Rectè ridebo te, ſtuprum publicum*; culcitam vulgarem & muliebris patientiæ maſculum ſcortum dicit; tum mus, etiam hoc in contemtum: mures enim opici & curantur à nemine; tantum ſunt ut obterantur; liceat tamen etiam interpretari lutum, limum: mus enim terra: *Iſid. Orig. 20. cap. 3. terræ tuber*, vel pro fungo, qui terræ ἔκτρωμα potiùs qvoddam eſt, qvàm verum ἀπογέννημα: vel pro vomica & abſceſſu, qui corporis naturalem ὄγκον & habitum deformat & vitiat, capi poteſt.

*nec tibi par ero*) lego *nec tibi parſero*; omnia enim iſta minantis ſunt.

*cumbo longè tibi ſit comula iſta betalis*) i. e. faciam, comatule calamiſtrate, ne ultrà tibi ſic placeas vel ſuperbias ob comam iſtam tuam ſimilem betæ; poſſumus intelligere vel criſpam (confundit n. hic ſcriptor, quas medici accuratè diſtingvunt, betam & braſſicam: hujus ſpeciem quandam criſpam vocant

Digitized by Google

cant ob folium, *Plin. l. 19. c. 8.*) vel mollem, diffuſam, & pendulam; quo ſenſu *Tibullus 2. el. 3.* molles capillos & *Mart. l. 4. ep. 42.* molles comas dixit. Betæ etiam virtus primaria mollire. Sin legamus *pedalis*, promiſſam illam & muliebrem interpretabimur.

*Satana tibi irata ſit cumbo.*) Stupor Librarius Satanam cogitavit, fortasſis parum meminens DEI, & pœnè nobis, ut Petronium hunc inter Chriſtianos numeraremus, perſvaſerat. Sed benè habet mala ejus ſcriptura; ſatis intelligimus artes, quas ubiqve prodit. *Saganam* debuit dare. Minatur ſervus alteri iras & maleficia Saganæ, quæ venefica erat, potens nimirum *carminibus verſare atque venenis humanos animos*, ipſis qvoqve corporibus inferre noxas: traxit hoc Petronius ab *Horatio*, qui Saganam Canidiæ ſagæ non minùs famoſæ & terribili ſociam jungit 1. ſat. 8. & Epod. 5.

*& qui te primus decero defecit.*) leg. iratam Saganam curabo, & ei *qui te primus condocefecit*. Præcipuè enim, ùt patet è ſeqq. magiſtro hujus diſcipuli indignatur, ut qui talem formaſſet cum inconcinnis moribus & petulante lingvâ. Eſt autem Verbum iſtud dignum Petronio, quippe *Ciceroni in V. Tuſc. & 1. de nat. D.* uſurpatum, relatumque *à Nonio M. c. 2.* quod librarius corrupit ſic, ut tamen veræ lectionis manifeſta veſtigia in depravata obſervari poſſent.

30. *annulos qvos amica tua involaſti.*) Sic p. 35. *jam ſtrigæ puerum involaverant.* Catullianum eſt hoc Verbi à vola manûs deductum furandi ſignificatio-

catione; extitit & apud Vitruvium prooem. l. VII. ſed corruperunt in Editionibus; legamus poſthac: *qui invidis moribus aliena ſcripta involantes gloriantur*; paulò antè *furantes* dixerat.

*Occuponem propitium.*) Certum eſt Mercurium, qui foro & mercimonio præeſſe, furum etiam artes fovere & provehere credebatur, hîc deſignavi; ſed *Occuponem* dictum fictumque à Petronio vix crediderò. Eſt enim hoc verbi perinde ut ſimplicis *capiendi* honeſtius & de licitis plerumque intelligitur, eoque actum vitioſum & infamen furti non repræſentat. Exiſtimem autem Petronium in cujus omni ſermone πολλὴ χάρις καὶ Ἀφροδίτη ἐπανθεῖ, à Latino Verbo *clepere* venuſtè formato nomine *Cleponem* dixiſſe, quem Græci Κλῶπα & κλέπτην. Mercurio enim Deo ſive furatrinæ ſive furatrino hanc adpellationem impoſuiſſe Græcos, vel inde patet, quia Pana, quòd Mecurio ſatus haberetur, κλωποπάτορα vocavit *Theocritus*. Et legam igitur, *ô cleponem propitium!* Certè exclamatio abeſſe non poteſt, & orationem mirè perficit & exornat. Si quis autem *cleponem* accuſare velit tanquam vitio creatum, ei alia ejusdem formæ à verbi Præſente ducta, propria, ornatisſima & optima, bonis autoribus uſurpata indicando, puto, ſatisfecero. Dixerunt *appetones, coambulones, colones, comedones, convivones, fabulones, incubones, lurcones, machinones, manducones, nugones, palpones, rapones, repoſcones, ſuſurrones, verberones, vituperones*. Ipſum Verbale nomẽ *clepo* nõ ignoraſſe Latinos ſive veteres ſive medios è ſeculi undecimi Gramatico Gallo

*Petro*

*Petro Helia* audire jucundū erit. Ejus in Lexico metrico manuſcr. hic verſus eſt: *Vult clepo furari: clepo, clepſis, clepſydra dici*, in quo Nomina à Verbo manantia tria; primum hoc ipſum Petronianum eſt; ſed quod in vulgatis ſeculo decimo quarto Dictionariis malè, ultimâ vocali in ſibilum corruptâ, in *cleps* mutarunt, fortasſis habito ad τὸ κλὼψ Græcum reſpectu.

*Bella res eſt & iſte, qui te hæc docet, muſtius non magiſter.*) Si editionem hîc ſibi relictam & uti optima maxima eſt ſequamur, recipiamusqve *muſtium*, fieri aliter non poteſt, quàm ut pericopen hanc à Veneti vel Dalmatæ, unius ex illis, qui de Turcarum religione ritibuſque undecunqve aliquid cognoverant, manu eſſe adfirmemus. Verùm abſit ea ſimplicitas, ut fucum luſcitioſi Librarii non agnoſcat. Unius negativæ trajectu in ſuum locum rem compoſuero, nim. ſi legero, *qui te hæc docet, non muſteus magiſter*, i. e. non novicius οὐ νεανιεύων, non imperitus, vulgaris, & pergulanus; ſed veteranus, trebax, ἔμπειρος. Valeat tantundem hæc conjectura, quantum mereri videbitur; mihi nec temerè ea nata eſt, nec facilè dimittetur: Petronium enim mihi reddit, quem à Librarii illiberali facinore amiſeram.

31. *Vitulus in lance Clunaria elixus allatus eſt.*) Scripturæ compendio factum *Ctunaria*, exprimendū lectione *Centenaria*. Nim. C librario hîc eſt nota numeri. Omnes aliæ ariolationes vanæ ſunt præ lectione data. Ante bellum Syllanum lances è centenis libris argenti ſuper quingentas fuiſſe in Urbe auctor

auctor *Plinius l. 33. c. 11.* Elagabulum vaſa (coquinaria ſeu eſcaria) centenaria argentea habuiſſe *Lampridius.*

*Rati ergò ſacrum eſſe periculum tàm religioſo adparatu perfuſum.)* Petronio, qvippe φιλαρχαίῳ cōvenit ut ſcripſerit *fericulum*: ex hoc pòſt fecerunt κατὰ συγκοπὴν *ferculum.* Sanè *placentæ & poma* qvæ exhibebantur pro ferculo erant. *Sacrum* verò dicit ob *crocum*, cujus uſus in ſacris & ad pulvinaria Deorum ob fragrantiæ excellentiam.

32. *Cerdonem)* ἀπὸ κέρδους. Mox alius hujus farinæ *Lucro* vel *Lucrio*, eadem ſignificatione. Nihil impedit autem ejusdem domini ſervos alterum Græco, alterum Latino vocabulo fuiſſe; eoque nihil mutandum eſt. Quin etiam fratribus Græca & Latina cognomina impoſita legimus eadem poteſtate, ut alter Eutyches eſſet, alter Felix. De cognominibus *Cerd.* & Lucr. eſt in *Eponymologico.*

*Solebas, inquit, ſvavius eſſe in convictu.)* Non faſtidiam hanc lectionem in ſcriptore archaiſmorum & rariorum quorumvis amante & curioſo. Ejus enim formæ Adjectiva δικλιτα obſervamus eſſe; hinc ſvavis, ſvavius (dixere etiam *ſvavionem*, ſed ſubſtantivè, alioqve ſenſu) induſtris, apud Dudonem in Norm. aliquoties, *Ælnotum de vita & paſſ. S. Canuti c. 26. Mich. Scotum phyſiogn.* c. 10. induſtrius: limis, *apud Amm. M. l. 20. limibus oculis*, limus: dapſilis, dapſilus: lepidis, lepidus: putris, putrus: opiparis *apud Apul.* opiparus: ſceleſtis *apud Paulin. Aqvil. l. 2. cont. Felicem Urgel. Ep.* ſceleſtus: auſteris, *in Notis Tiron.* auſterus.

*Nover-*

*Noveratis Meliſſam Tarentinam, pulcerrimum baci illum*) lego gemina *ll* in *di* mutata *caſalbadini* i. e. ſcortillum. Κάσα, κασσα, κασαρὶς, κασωρὶς κσάυρα, κασαυρὰς, apud *Ariſtoph.* in Εκκλησιαζ. κσαλβὰς, apud *Suidam*, ſcortum ſignificat; ejus iminutivum κασαλβάδιον, ut τȣ̃ λαμπὰς, λαμπάιον· τȣ̃ παλλὰς, παλλάδιον· τȣ̃ εἰκὰς, εἰκάδιον, *Icadim* in ſaxis mulieris proprium nomen, τȣ̃ λοπὰς, οπάδιον. Fortasſis etiam à μαχλὰς, δερμὰς, τριβὰς, κυκλὰς formata fuère μαχλάδιον, δερμάδιον, ριβάδιον, κυκλάδιον: Puto veram lectionem deiſſe, nec ut ad iſtud in *Not. Tir. faſcinabulum, faſcinabellum*, quamvis nec ineptum huic loco, tranſeamus neceſſarium eſſe.

*Sed ego non me hercule corporaliter aut propter res venerarias curavi.*) Res venerariæ, ἡδέα Κύπριδος ἔργα, in ἀδεσπότῳ *l. 3. anthol. c. 11.* de Patrophila: jucundæ Veneris res *Luc. l. 4.* Non ſollicitanda eſt ſcriptura iſta *venerarias*, nec eximenda ſyllaba *ra*. Eſt enim cadentis Latinitatis verbum *venerare*, pro eo quod verecundè *cognoſcere* dicunt ut Latini ſic Græci & Orientales. Eſt apud *Hyginum*, quem gloſſematis magiſtrorum ſeculis inferioribus fœdatum eſſe ſcimus, *fab. 75.* Tireſiam paſtorem dracones venerãtes baculo percusſiſſe; eos *Apollodor. l. 3.* ὄφεις συνȣσιάζοντας, *Phlegon* θαυμασ. *c. 4.* ὄφεις ὀχεύοντας dixit. *Sixtus II. Pont. R. ſerm. de divitiis*: *Avaritia eò ab his* (amatoribus ſuis) *magis diligitur, quò magis augetur & cum ſuis amatoribus venerata fuerit.* Gl. *Latino*- G. Haganoenſe: *Puber eſt puer, qui jam habet pubem, vel qui jam venerare poteſt.* Sublectum



Digitized by Google

ctum tamen hoc è *Balbi Catholico*, in quo meliore ſenſu *generare* legitur.

33. *Itaq; per ſcutum per ocream egraginavi, quemadmodum ad illam* (amicam) *pervenirem.*) Scutum & ocrea non minùs quàm peræ, baculus, ampulla & Zona, *Plaut. Mercat. a. 5. ſc. 2. v. 84. 85.* ſunt vaſa & in apparatu itinerantium. Tum lego, *ego aginavi*, i. e. properavi quàm potui maximè. *Gl. Latino-G. Aginare, feſtinare.* Idem *Agenator ille eſt qui rem ſuam celeriter peragit.* Formarunt è Græcis ἀγίνειν, ἀγινεῖν, ἀγινέσκειν, quæ ſunt παρεκτατικὰ vel paragogica τοῦ ἄγειν.

*fortis, tanqvam Orcus apoculanius*) comparat conviatorem ſuum militem Orco; & cùm Orcus, qui & Plutus, fingi ſoleat cæcus, vocat *apoculanium* i. e. oculis captum; talem *Petrus Bleſ. ſerm. 18. & 43. abocellum* dixit, ἀνόμματον, quem imitatus noſter non hoc ſolùm, ſed & verbum, uti videri poteſt, *apoculo* p. 38. finxit; qvanqvam in phraſi, *ego me apoculo*, qvam adhibet pro *abeo; ſemoveo me, è conſpectu me ſurripio*, ellipſis verbi intelligi poſſit. *Ego me ab oculo* ſc. moveo ut p. 10. *amici de medio*, ſcil. fugerant. Infimæ barbariei iſta ſunt & ſvaviludium Petroniaſtrum ſapiunt.

*ego cantabundus & ſtellas numero.*) Proverbii vim habet & capitur de hominis otioſi labore inutili & in quo nihil proficiāt; ſup. p. 30. dixerat hoc, *numerare mapalia*, quod *Perſius* corvos, aves, ſectari. Gr. τὸν πετόμενον διώκειν. Corœbus quòd fluctus maris numeraret, traductus inter ſtultiſſimos: *Serv. ex Euphorione.*

Mihi

*Mihi in animo in naſo eſſe.*) Perfecta oratio eſt, iec cogitandum de ſupplemento. Hoc vult, *Mihi n animo* erat (ἐν θυμῷ εἶχον, ἐνεθυμύθην, ἐλόγιζον, ὑπήρχετό μοι, putabam) *inſanum eſſe*; nim. colligebat hoc ex abſurdis ejus actionibus.

*Gladium tamen ſtrinxi & matarita umbras cacidi*) reſolutâ *m* exit præpoſitio *in*; & lego igitur, *in alacritate*: excogitavi, puto, quod in rem erat, neq; fallor. Habet autem Præpoſitio h. l. periphraſin Adverbii qualitatis; ut apud Ebr. τὸ ב & τὸ ἐν apud Græcos. *In alacritate*, i. e. alacrè, alacriter; ut ἐν δύναμει, potenter: ἐν δόξῃ, gloriosè: ἐν ἀγαλλιάσει exultanter.

*in larvam intravi.*) leg. *Ibi januam intravi.*

*Sudor mihi per bifurcum volabat.*) A concepto terrore ſubitaneo, à labore etiam, ſudor manare ſolet. *Bifurcum* verò adpellat utraque femora & crura, quæ in homine furcam adſimulant. Tum lego *colabat*, i. e. ſtillabat, defluebat ex habitu tanquam per colum tranſmiſſus. Eſt enim hoc Verbi liquidorum proprium, ut cribrari aridorum. Colabat autem pro colabatur, Activo pro paſſionis ſignificationem habente Verbo: de quo elegantiæ genere *Gellius l. 18. c. 12. Schopp. 2. Veroſim. 2: Juretus ad Symm. l. 8. ep. 42. Ego Variar. l. 3. c. 11. p. 516. 526.*

*Si ante veniſſes ſaltem nobis adjutaſſes.*) Archaiſmo iſto, à Pacuvio inde, uſum fuiſſe Petronium, præſertim ludentem, facilè adducor ut credam. Obſervans enim veteris Romæ cum Ennio, Catone, & Comicis iſtius ſeculi libenter loquitur. Eundem amarunt ſeculis incomtis malè-Latinis; ſic

*Alcui-*

Digitized by Google

*Alcuinus l.2.adv.Elipanti epiſtolam f.949. edit. Pariſ. In tantam ignorantiæ caliginem errabundus devolveris, ut ea quæ tuis ſine dubio ſenſibus contraria ſunt, tuis etiam partibus adjuvare æſtimaveris*: niſi vernaculæ ſuæ Latinam attemperaſſe in talibus potius dicendi ſunt; nam & in noſtrâ puriore tertium caſum adſciſcit Verbum Helffen.

34. *Viderint qui hoc de alibi exopiniſſent.*) leg. *Viderint, qui hoc de alio eſſe opiniſcent.* Latino-Barbarum eſt *opiniſcere*, *opiniſſere*, (*& opiniſſare* paragogicum τ8 *opinari*:) è quibus illud Deſiderativis, hoc Meditativis adſcribendum. Benè tamen Latina hujus formæ & antiqua ſunt, *petiſso*, *expetiſſo*, *incipiſſo*.

*Aſinus in tegulis.*) Ita præſcribit proverbio fabulam, quam narraturus eſt; nim. rem novam, inſolitam, ſimul horribilem de ſtrigibus παιδοπνιϰτρίαις. Videri tamen etiam ſcholion marginale poteſt: quale etiam hoc, *Ecce, alius ludus* p.40.

*margaritum, cacritus, & omnium numerorum*) leg. *eccritus*. ἔϰϰριτος, pro ſelecto, eximio, egregio. *Philo* aquilarum pullos eos qui contra ſolem tuentur vocat φιλτάτους ϰαὶ ἐϰϰρίτους. *Schol. Rhet. Ariſt. l.1.* οἱ ἔϰϰριτοι τῶν Αἰτωλῶν ſunt proceres, ſelecti Ætolorum. *Heliod. l.9. Æthiop.* c.3. dixit ἄνδρα ἔϰϰριτον ϰαὶ τῷ σώματος ἰσχὺν ἐπίλεϰτον.

35. *Suppoſuerunt ſtramenticium vaccatonem*) leg. *vacantonem*. Vacanto faſcis, manipulus, cento, volucrum corpore alio vacuum: vacantivus, βαϰαντίβος, vacans. Fortasſis rectiùs dixerimus *Vacantionem*

*tionem* à Partic. act. ut *Creſcentionem*, *Servantionem*, *Valentionem*.

*quod ſurſum eſt deorſum faciunt*) Græciſmo dixit. *Mneſimachus in Hippotropho apud Athen. l. 9.* πάντες ἔνδον τὰ κάθωτεν ἄνω, ſcil. ποιοῦσι· de familia diſcurſante in domo & ſatagente. *Seneca* ex parte ep. 44. *Omnia iſta longa vetuſtas miſcuit, & ſurſum deorſum Fortuna verſavit.*

*Plocrime.*) leg. *Plocame* adpellatio ſervi hæc eſt & verè Romana, nota è lapidibus: doceo *in Epon.*

*Scylacem jubet adduci, præſidium domûs familiæque:* & mox de eo, *nemo me plus in domo mea amat*) *Theoph. in Charact.* hominem ruſticum deſcribit, quod vocato cane & roſtro ejus prehenſo, οὗτος φυλάσσει τὸ χωρίον καὶ τὴν οἰκίαν, καὶ τοὺς ἔνδον, dicat. Expreſſit iſtam adverſus canem, comitem domini & ſocium in venatu, humanitatem *Nonnus l. 16. Dion.* ubi Liber ſuum prædicans:

Εἰσι, inquit, καὶ ἐν σκυλάκεσσιν ἐχέφρονες, οἷσι Κρονίων
ἀνδρομέην φρένα δῶκε, καὶ οὐ βροτέην πόρε φωνήν.

36. *Scylax canino ſubiret uſus ingenio, teterrimo latratu triclinium implevit.*) Emendo converſa ſyllaba *ret*, & leg. *ſubîter*, i. e. ſubitò. Adverbium enim iſtud ſub eadem ſignificatione terminationis geminæ, uti alia plura.

37. *Sciſſa lacum novendialem ſervo ſuo miſello fecerat*) leg. *Stilla*, vel *Sylla*; ſacrum novendiale cum *Myſtillo*: hoc apud *Mart. l. 1. ep. 51.*

*quem mortuum manumiſerat.*) cui autem fini hoc, cum nec dominus Patroni nomen adipiſci ſic poſſet,

Digitized by Google

ſet, niſi quadam fictione, nec ſervus ſentire beneficium? an cenſendum cum reliqvis quæ magno numero nugantur iſti convivatores moribus Romanis inſolentia? Cum ſuum à manu Demetrium moribundum manumiſit *Martialis l. 1. ep. 102.* inde & è domino Patronus factus eſt alter, alter è ſervo Libertus mori potnit.

*Non tam bonæ*) leg. *Nam tàm bonæ memoriæ ſum.* Et puero hoc perſpicuum. Joco enim iſta in ſe dicit Habinnas.

Porcum coronatum & circa ſaucunculum) Diphthongus jacet pro ſimplice: au pro u vel o: imò in pronunciando ſic confundebant; inde *Claudius, Clodius: Aulus. Olus* Leg. *laucunculum, lucunculum,* i. e. lucanicam. Aliàs lucunculus eſt γλυκαντὴρ ſcilicet ἄρτος vel πλακοῦς. *Apul. 10. metam.* pones cruſtula, lucunculos.

*& certe betam.*) Sub iſto *certe* latere vocem alterius cibi rectè vidit Notator doctiſſimus. Imò verò later, ſed ſub utroque, *certe betam*: è quibus junctis & à librarii corruptela vindicatis exit mihi *cicerbitam.* Ita adpellant ſonchum quem inter ἐδώδιμα reponit *Gal. 8. de ſimpl. med. fac.* χλωρὸν ἔτι καὶ ἁπαλὸν, & *Plin. l. 22. c. 22.* Theſeo peregrino ab Hecale hoſpita Atticâ adpoſitum fuiſſe ſcribit. Eſt autem σόγχος veterum, quæ hodie lactucella à ſucco quo ſcatet, inter cichoracea *Gv. Rivus ad Dioſcor. l. 2. c. 130.* de endivia Officinarum exponit *Ruellius l. 1. de nat. ſtirp. c. 20.* & *l. 2. c. 63.* ſonchum adpellatione *cicerbitæ* in Hetruria hodieque notum *neque à Latinis eam uſurpari, nec legitima moneta*

*per*

*percuſſam, nec è priſco Latinitatis penu depromtam eſſe* ſcribit: quæ fortasſis non ſcribere melius erat. Extat enim in *Nothis Dioſcoridæ*, quæ vocant, id eſt, Synonymis herbarum Dioſcoridis libro ante aliquot ſecula adjectis, Romanos ſonchũ aſperum nominare *κικέρβιταν ἄσπερον*: & recepta fuit â nobilisſimis Botanices ſcriptoribus Cordo, Manardo, Cornario, Matthiolo, Amato Luſitano, Lobelio, Bauhino, Bodæo. Marcellus quoq; Virgilius Florentinus, *Comm. ad Dioſcor.* l. 2. c. 118. â ſuis *Cicerbitam* vocari ſcribit. Sed non eſſe id ejus antiqvum nomen; in quo ſine dubio fallitur. Seculo enim quarto cognitam habuit *Cicerbitæ* nomenclaturam *Marcellus* d. *Empir. c. 8.* qui ad dentium dolorem leniendum commendat maſticatum radicis *citerbitæ* (malè in Edit. legitur *cucurbitæ*) *quam Græci ſonchon adpellant*: præſtareque id poteſt vi, qvæ ipſi tribuitur ſubadſtringente. Etſi verò *Notha* illa *ἀδέσποτα* ſint & incertâ ætate ſcriptoris Græci cum genuinis Dioſcorideis præpoſtero hominũ ſtudio confuſa fuerint olim, qva de re queruntur *Marc. Verg. & Dion. Corronius præf. in Dioſcor.* non prorſus tamen, poſtquam ſeparata hodie ea legimus, reprobanda ſunt, quod in iis multa ſerventur, quæ ipſis verbis apud *Plinium, Appulejum herbarium* & *Oribaſium* reperiuntur; agnoſci quoque poteſt, ea ſubinde ab Arabibus *Serapione, Rhaſe; Sim Januenſe* etiam & *M. Silvatico* laudari, ut ante hoſce elaborata fuiſſe neceſſe ſit, eſſeq; vetuſtiora quàm vulgo putantur, & cognitu digna, etſi faſtidioſa & gregaria ingenia in

ſum-

Digitized by Google

ſummo natantium οὐκ εἰς βάθ@ ὀργάνων, οὐδὲ φιλοκρινούντων τὰ τοιαῦτα ferè negligant.

*38. Habuimus caſeum mollem, & corde fruſta*) Caſ. mollem, i. e. χλωρὸν *Ariſtophani* : *Gal. 10. de alim. fac.* νέ@ eſt, *Paulo l. 3.* νεοπαγὴς καὶ μαλακὸς, item πρόσφατ@ l. 1. recens, viridis, qualem maximè probabant. Tum leg. *chordæ*. Χορδὴ inter cibos apud *Athen. l. 3. ex Antiphane & l. 9. ex Epicharmo.*

*Ova pileata,*) quæ & p. 38. interpretor de ovis pertuſis ſic ut vitellus unà cum albumine effuſus, inſperſo farinæ momento, circa putaminis globum exteriùs coctura cogatur & concreſcat, ipſiqve putamini uti pileolus inſideat, idque contegat ambiatve. Alio ſenſu *aprum pileatum* dixit p. 12.

*catillum concagatum pax Palamedes*) malim legere *congelatum per pelamidas*. Gelatinæ culinariæ artis noſtris quoque menſis notæ ſunt, tàm è carnibus & trunculis, quàm è piſcibus factæ. Πηλαμὶς è thynnorum genere thynnis, è qua delicatisſimi cibi parari ſolebant *Athen. l. 7. 8.*

*in alveo circumlata ſunt oxycomina.*] legendum, *ſycamina* : ea verò mora ſunt: de iis *Theophr. 6. hiſt. pl. 7. & Athen. l. 3.*

*Unde quidem etiam improbiter nos pugno ſuſtulerunt.*) leg. *unde quadam* nim. de moris, *etiam improbiter nos pugno ſuſtulimus*. *Improbiter*, i. e. avidiùs & rapidiùs, qvàm modeſtos convivas decebat. *Pugno* i. e. πυγμῇ: quantum pugno, δακτύλων συκλείσει, comprehendere poteramus.

*39. Notavit hoc Trimalcio.*) Prorſus Petronianum hoc ſignificatione ſpectandi, obſervandi, ani-

mad

Digitized by Google

madvertendi. Sic inf. p. 42. 46. & in editis, *non notavi mihi Aſcylti fugam.* Ita *Valer. Fl. 2. Argon. v. 312. procul validis Lemnon tendentia remis arma notant. Cic. 3. de Orat. l. 9. ep. ad Pætum 16. de devinat. Gell. l. 18. cap. 14.*

*Sic nos barcalabe ſpoliamur.*) Trajectionem ſyllabæ *be* commiſit librarius, ut freqventer, & è venuſto eruditoqve monſtruoſum effecit. Vera ſcriptura *berbeculi:* q. d. Trimalcio: Sic nos ſimplices & mulierarii â dominabus noſtris, immodicorum ſemper affectuum, ſuperbis & ſumtuoſis illudimur & emungimur: adi *Phædrum fab. 33.* Qvin ad augendam turpitudinem nomine fœminini generis *berbecula* uſus videri poteſt; prorſus ut Poeta Ἀχαΐδας οὐκ ἔτι Ἀχαιοὺς; Soſſius Antigonum regem ignavum victum & ſupplicem Ἀντιγόνην & *Horat. 1. Sat. 8.* Pedatium Eqvitem mollitie infamem *Pedatiam* adpellavit. *Vervex, berbex*, p. 27. *verveculus*, *berbeculus*, p. 9. εἰς οὐθενισμὸν denominatio eſt, ut & *pecus*, obliviosi, ſtupidi & ſtolidi. Talis apud *Plautum* in *Perſa a. 2. ſc. 2. verveceum caput.* Adhæc habet etiam ſignificationem mulieroſi, exoleti tamen & inefficioli: qvo ſenſu *Plautus in Caſina a. 3. ſc. 2. verveces vetulos* dixit, *Arnob. l. 5.* Jovem verveceum, cùm libidinoſum & ſtuprorum adulteriorumque flagitiis intentum vellet, notavit.

*habeo decem pondo armillam ex milleſimis Mercurii factam.*) Mercurio inprimis devotus erat Trimalcio; patet è p. 3. & 30. ubi Cleponem propitium ſive invocat, ſive optat. Exercebat enim mercaturam & fœneratoriam, p. 49. 50. Illæ igitur milleſi-

mæ Mercurii rectè exponentur de uſuris infra unciarias, ſeu minimo fœnoris modo, eò nim. quo milleſima ſortis pars quot menſibus ſolvitur, ut in centeſimâ pars capitis centeſima die menſtrua præſtatur à δανειζομένῳ, i. e. duodeni annui pro centenis. *Seneca 3. de Ira c. 33. uſuram haud milleſimam* dixit, quæ milleſimam non attigiſſet, eſſetqve ideò omnium levisſima. Qvia verò armillam, & quidem decem pondo è milleſima parte ſortis confectam eſſe jactat, eo ipſo ſummæ capitalis pecuniarum aliis creditarum immanis dominum ſe oſtentat. Cui enim è milleſima uſura, quæ in mille menſibus ſortem æqvat, decem pondo exierunt, ei è centeſima, quæ in centum menſibus par ſit ſorti, mille pondo auri provenient. Hoc de milleſimis Mercurii apud me certum eſt, de eo exiſtimet tamen qviſqve, ut lubet, licet.

*Quid? inquit Habinnas*, ad uxorem, *excattariſſaſti me, ut emerem tibi fabam vitream.*) Familiare hoc habet ſcriba Dalmata x pro c, cc, ſ, ſs pingere: ſic ſup. p. 17. 34. Hîc igitur legam, *Ecce battariſaſti me.* Βατταρίζειν eſt impeditè loqui, garrire, effutire, quæ tegere oportebat: utitur *Cic. 6. Attic.* 5. quod antè dixerat ἀλογευόμενον παραφθέγγεσθαι, incōſideratè eloqui: ſignificat etiam fraudulenter agere. Βάσσαρος, βασσαρὶς, vulpes. Hoc autem dicit Habinnas; importunis tuis flagitationibus extorſiſti, Plautino verbo, exterebraſti, vel etiam lingva aſſentatrice, adulatoria tua arte eò me perpuliſti, ut emerem tibi iſta κορυκόσμια nugalia, precioſum vitrum,

vitrum, p. 26. margaritas, quas à pertuſo auriculæ lobo ſuſpenderes: Vid. *Sen.7. de benef. c.9.*

*aberrante tunica ſuper genua compoſita. Ergò.*]Hæc ita diſtingvi malim: *aberrante tun. ſuper genua. Compoſita ergò in gremio Scintillæ*: cum nudata petulantia Habbinæ genua oſtendiſſet Fortunata, recollegit ſe & in gremio ſuæ ſodalis reſedit.

*indecens imam rubore faciem ſudario abſcondit.*) leg. indecentisſimam, i. e. deformem, aliam à nativa ob intenſum ruborem ἀπρεπῆ. Quid ſi incentisſimam vel intenſisſimam?

40. *clamante Trimalcione ſubinde, Muta.*) Puero imitanti luſcinias adclamat ut hortator ſimul & correptor, ut canat meliùs φιλομελικώτερον: muta, i. e. emenda fac meliùs. Sic *Horat. 1. Sat. 10.*

*nil comis Tragici mutat Lucilius Atti?*

ubi *Porphyrion: Mutat pro emendat.*

*recutitus eſt & ſtertit.*] Non habet locum inter morbos mancipii eſſe recutitum; quod gentile Judæorum nationi; nec de *intercutito* cogitandum eſt. Legerim & *cerritus eſt & ſtertit*: quo poſteriori alludit joco vitiũ prius. Cereriti, Cerriti, à Cerere irata percusſi, fanatici, & commotæ mentis. Ceres autẽ eadẽ quæ Ἐριννύς, Furia. *Nonius*: *Cerriti & larvati, malè ſani & aut Cereris ira aut Larvarũ incurſatione animo vexati.* Utitur *Plautus Amph. a. 2. ſc. 2. v. 144.* in *Men. a. 5. ſc. 4.* inter morbos recenſet, larvatum, cerritum eſſe, veternum, aquam intercutem; item *Cic. 8. ad Att. 5 Horat. 2. Sat. 3.*

*namque ſtrabonus eſt, non curo: ſicut Venus ſpectat.*) leg. *nam, quod ſtrabonus eſt.* Non habet pro

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON 1897

morboſo, & qui ideò redhiberi poſſit ſervum ſtrabonem, ſed comparat eum Veneri, ſcil. quæ pæta fingitur. Idem verò de iſto oculorum vitio reſponderat JCtus Trebatius, referente *Ulpiano in l. qvi clavum D. de ædil. ed. Strabus*, & *Strabo*, inter δίκλιτα; Strabax Comica licentia fictum; & κατ᾽ ἐπέκτασιν *ſtrabonus*. Seculô Carolinô ſolebant nomina in o purum maſculina augere ſyllaba; hinc qui antè *ſtrabus* & *ſtrabo*, factus *ſtrabonus*: Sic *Otblonus*, *Ebbonus*, *Babonus*, *Drugonus*, *Walonus*, qui conciſiùs *Odilo*, *Ebbo*, *Babo*, *Druogo*, *Walo*; ad eandemqve formam ſimilia propria nomina plurima. Tamen antiquos etiam ita conſveviſſe in quibusdam arguendum inde, quòd *Centurionus*, *Curionus*, *Decurionus* anteà dictus fuit, ùt teſtatur *Feſtus*, qui nunc *Centurio*, *Curio*, *Decurio*.

*Planè non omnia artificia ſervi nequam narras.*) Servum qui ad magiſtrum mittebatur *Paulus 3. ſentent.* 7. imò *l. 78. D. de legat. 3.* dicit ſtudendi gratia aliò transferri, deque artificio ejus, uti & peculio, ut pluris venderetur, non licebat venaliciario mentiri: id. l. 2. t. 17. Qvicquid dominus præſtare ſervo debet, non eſt beneficium; ſed cum indulſit, liberaliter educavit, artes, quibus erudiuntur juvenes, tradidit. Sen. 3. de beneficiis c. 21.

*agaga eſt.)* intelligit πανοῦργον & veteranum mancipium, omniumque numerorum, & conſummatæ malitiæ. *Iſidoro agagola*, *agagula* eſt lenocinator, pantomimus. *Svveertio 1. analect. 8.* placuit eſſe Germanicum Gauckeler; ſed verius eſt formaſſe hocè Latino *Joculator* majores noſtros. In Conſtitut.

Caroli

Digitized by Google

Caroli M. *Coclearii*, item *caucolatores* cum maleficis & incantatoribus nominantur.

41. *potionem illi porrexit, & Tantò melior, inqvit.)* Landandi formulam hanc primus apud Ovid. 14. Metam. v. 657. obſervavit exactisſimus *Gronovius*, & ſimul inepto diſticho, quod nullus manuſcriptorum agnoſcebat, Poetam exoneravit *l. 2. obſerv. c. 21.* Adhibuit eandem *Seneca l. de tranq. an. c. 15. Laudemus toties dignum laudibus, & dicamus, Tantò fortior, tantò felicior! effugiſti caſus humanos, livorem, morbum.* Idem *ep. 31. admirabor & clamabo, Tantò melior: ſurge & reſpira.*

42. *alterius amphoram fuſte percusſit.)* Crates auditori novicio Zenoni ollam lenticula cocta plenam ferendam per Ceramicum tradiderat; cujus miniſterii cùm eum pudere animadverteret παίσας τῇ βακτηρίᾳ καταῤῥήγνυσι τὴν χύτραν, *Laert. l. 7. Arſen. in apophth.*

Ib. *Inaudito enim modo pueri capillati attulerunt ungventum in argentea pelvi, pedesque recumbentium unxerunt.)* quomodo *inaudito*? Athenis quidem mos fuit, καὶ τοὺς πόδας τῶν τρυφώντων ἐναλείφειν μύροις, probatqve è Cephiſodoro, Eubulo, Antiphane & Anaxandride *Athenæus l. 13. extr.* de Arabibus, Syris, & Babyloniis alii. At etiam Romæ uſitatum id: *Vidimus* inquit *Plinius l. 13. c. 3. etiam veſtigia pedum ungi,* (ungventis) *quod Othonem monſtraſſe Principi Neroni ferebant. Inauditum* igitur dixerit pro eo quod novum eo tempore & primum receptum.

*Jam cœperat Fortunata velle ſaltare).* i. e. jam ſaltare



Digitized by Google

tare cœperat. Peculiaris Verbi *Velle* ratio, ut adjunctum alteri verbo faciat pleonaſmum, & ſit ſuperfluum. *Lucretio* familiaris iſte uſus ejus: ut l. 2.

*— — — indicium mortalibus edunt*
*infidi maris inſidias viresque dolumque,*
*ut vitare velint.* ut mox:
*— — — — — prædicere ut armis*
*& virtute velint patriam defendere terram.*

*Tibullo l. 1. el. 2. Vidi ego.... manibus canas fingere velle comas. Macrob. 5. Sat. 17. locus dignus eſt, ut eum velimus altiùs intueri:* & *Jacobus Benevent.* C. 75. *Deus credita cum repetit, nemo dolere velit*: nim. ut bonæ fidei debitor, ſed reddere non doleat, aut gravetur.

*cocus continuo Epheſum tragœdum cœpit imitari, & ſubinde dominum ſuum ſponſione provocare.*) Librarius more ſuo transponens literas dedit *Epheſum*: quem ſine omni dubio Petronius omnis Antiquitatis, ſi quiſqvam peritus, *Theſpim* dixerat Tribu Icarienſem, æqualem Soloni:

Ignotum tragicæ genus inveniſſe Camœnæ
dicitur & plauſtis vexiſſe poëmata *Theſpis*
quæ canerent agerentqve peruncti fœcibus ora,

inquit *Horatius art. poët.* v. 275. Imitatus autem Theſpim cocus eô quod eſſet perſonatus vel qvovis modo velata facie: cujus rei inventor Theſpis. Perſonatus autem ideo, ut liberiùs agere poſſet cum domino, cum qvo diſcubuerat.

*& ſervi homines ſunt, & aeqvè unum lactem biberunt.*) Si ab uno homine, quem Deus finxit, orimur, certè conſangvinei ſumus, inqvit *Lact. 6. div. Inſt.* *10. ea-*

Digitized by Google

*10. eadem omnibus principia, eademque origo, L. Sen. 3. de benef. 28. Qvintil. decl. XIII.* & *Julian. in ep.* ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ καὶ ἑκὼν καὶ ἀκὼν πᾶς ἐστι συγγενής. Hinc illæ de ſervis humanè habendis præceptiones Sapientum, *Philemonis, Catonis l. 4. diſt. 44. S. Barnabæ in Epiſt. Sen. ep. 47.* & Leges Poteſtatum: v. ad p. 50. Aureus in hoc *M. Seneca contr. l. 7. declam. 6. L. l. 1. de clem. c. 18. & Iſidorus Peluſiota l. 1. ep. 471.* Τοῖς οἰκέταις χρηστέον ὡς ἑαυτοῖς. ἄνθρωποι γάρ εἰσι καθ' ἡμᾶς. ἡ γὰρ πρόληψις, ἢ τύχη πολέμου, ἢ τυραννὶς ὅπλων τούτους ἐποιήσατο κτήματα. ἀλλ' οἱ πάντες ἕν ἐσμεν καὶ τῇ Φύσει, καὶ τῇ πίστει, καὶ τῇ μελλούσῃ κρίσει. nim. *cùm ad exitum ventum eſt, omnes in æqvo ſumus.* Philoſophaſter Trimalcion, qui Philoſophum ſe nunquam audiviſſe gloriatur p. 44. è ſchola Stoicâ iſtud ſublegit, uti & alia quædam, inprimis iſtud περὶ πορδῆς p. 49. quod optimè intelligi poteſt è *Ciceronis ad Pætum ep. 22. lib. IX.*

43. *Omnes illos in teſtamento meo manumitto.*) Hæc plena libertas erat non minùs qvàm illa quæ apud Conſilium, aut apud Conſulem, ProCos. Prætorem, Præſidem Provinciæ, Legatumve Cæſaris, vel alium magiſtratum, cui hujuſmodi jus eſſet, manumisſione conferebatur, *l. 5. 7. D. de manum. vind. l. 4. C. de vind. lib. & apud Conc. manum.* Eadem vocabatur *juſta*, vindictæ impoſitione munita, *l. 2. C. ſi adverſus libert.* & quidem pro Tribunali; à qua differebat *data inter amicos*: quam nominat *Cajus Inſt. l. 1. & Sen. l. de vita beata c. 24* & altera *per menſam* dicta, quando libertatis capiendæ gratia ſervus convivio domini adhibebatur; & de hac explicanda



Digitized by Google

da ſunt verba autoris initio hujus fragmenti: *Venerat jam tertius dies, id eſt, expectatio liberæ cœnæ*: nim. qua dominus liberam aquam guſtaturos eſſe p. 42. 43. promiſerat.

Ib. *Omne genus enim poma volo ſit circa cineres meos*) leg. *omne genus etiam*: quod reſpondet præmiſſo modò *præterea*, ut ſit loco συνδέσεως: nim. iſtud volo, & hoc qvoqve. Solet aliàs τὸ *enim abundare* cum ſingulari gratia ſermonis; ut in iſtis *Plauti Perſa a. 2. ſc. 2. v. 46. P. Malè operam locas.* S. *quî? P. Qvia enim nihil amas, cùm ingratum amas*: & *Terentii Andr. a. 5. ſc. 2. v. 4. Imo enim nunc quàm maximè abs te poſtulo atque oro.* Sed hîc locum non habet ea figura παρέλκοντος; ſequitur enim proximo membro orationis: *Valdè enim falſum eſt.* Pro *pomæ* verò legendum *pomona*. Pomona eſt quod Græcè ὀπώρα, i. e. omnis generis fructus edules, qvi autumno matureſcunt, *Solinus c. 22. de Thule*: *larga & diutina pomona copioſa eſt*: quod *Dicæarchus* de Bœotia eſſe ἐχόπωρον καὶ θερινοῖς ὠνίοις ἄφθονον dixit. Vult igitur arboretum vel pomarium circa monumentum ſuum inſtrui, eſſeqve ibi *vinearum largiter.* Maceriis, muris, ſeptis, ſepulcra claudi, ornari etiam ædificiis pertritum eſt; hortos iisdem adjacere & addici adparet ex Inſcr. Gratianenſi 12. DCXXX. in qua Hermes quidam, *hi horti*, inquit, *uti optimi maximique ſunt cineribus ſerviant meis: ex horum reditu Curatores veſcantur natali meo & roſam præbeant in perpetuum.* De vineis teſtatur lapis Sanct-Andreanus, quem V. C. *Carolus Sponius* Med. Collegiatus Lugdun. in Seqvanis mihi deſcripſit;

ſcripſit; in eo profitetur Rufius quidam Satyrus, quòd ſuæ ſuorumque memoriæ ædificium cum vinea & muris, & ad tutelam ejus & ad cœnam omnibus incolis ponendam KL. Febr. ſicuti & rudecam in opus, ſc. vineæ, addiderit. Nim. fiebant iſta tàm in tutelam, cuſtodiam cultumque monumenti, ut id integrũ præſtaretur, per ſumtus refectioni neceſſarios, quàm ut è proventibus annuis conſtitutæ profuſiones erogationes & ſparſiones misſilium exhiberi poſſent; ut pluribus doceo *Comm. ad 112. Claſſis VI.*

44. Titulus, quem ſepulcro ſuo imponi voluit glorioſus iſte verbero Mæcenatianus proſus ad formam priſci ritûs factus eſt, accuratus & venuſtus; at clauſula VALE ET TU teſtatur de ſeculo non optimo, ut ἐπείσακτον videri posſit; priora enim interim ipſius Arbitri ſunto; quia conſonant cum antecedentibus quibus hunc hominem deſcripſerat. Dixi quæ debebant plura *Comm. ad Inſcr. 14. Cl. IV*, Cæterùm τὸ PLUS pravum eſt: leg. PIUS. FORTIS. FIDELIS. *Pietatis* laudem ſibi rapit ſcelero, cujus ne micam quidem habebat, nec enim uſqvam dicitur Deos, ſacra, templa curaſſe; *fortitudinis*, nim. ejus in tricliniis & cubiculis: *in præteritos annos ſe retrò agens & validus in voluptatibus quaſi juvenis exultabat*: fidelitatis, quam in cuſtodiendis, quæ domini incuria & ſtupore clepſerat, adhibebat, qvippe παλαίτερον. Et hæc quidem poſſunt ſub ſchemate dicta capi; iſtud autem è vero quod NUNQVAM PHILOSOPHUM AUDIVERIT: quippe oſor erat omnis liberalis doctrinæ, *literis*



Digitized by Google

pueros *inquinari & fatuos reddi* delirabat, prorſus non *Mæcenatianus.*

*HUIC SEVIRATUS ABSENTI DECRETUS EST.*) Auget ſplendorem hominis, abſenti decretum fuiſſe honorem, tanquam fugienti irrogaſſent. Eadem verò ratio Seviratûs ſic collati, qui GRATUITI, i. e. gratiæ pro meritis referendæ, in lapidibus freqventisſimi: ad 99. Claſs. I.

*CUM POSSET IN OMMINIBUS DECURIIS ROMÆ ESSE · TAMEN NOLUIT.*) Intelligendæ ſunt Decuriæ Quinque, in quas digeſti erant, qvos Prætores Urbani è Civium potioribus, ut eſſent Judices cauſarum planarum minutarumqve legebant. Earum unam fuiſſe Senatoriam è *Cicer. I. Verr.* obſervamus. Vocabantur illi ita lecti, misſiqve in peculiare album *Selecti, Selecti Judices*, *Judices de Selectis, Judices Selecti* ex V. Decuriis, ut oſtendo ad *Inſcr. 113. Cl. VI.* In ſaxis multa eorum mentio eſt; in libris, niſi ſi apud Ciceronem & Senecam non ferè reperiuntur. In Coloniis & Municipiis legiſſe tales videntur DuumViri conſenſu Populi; vel etiam argumento 3. CCCCLXXV. & 2. MXCIX. apud *Gruterum*, Ordo Decurionum, Auguſtalium, & Plebs univerſa.

*cum ſciamus nos morituros eſſe, qvare non vivamus?*) Vibius Gallus Rhetor apud *Sen. Contr. 14. Convivæ certè tui dicunt: Bibamus: moriendum eſt.*

*à cœna Trimalcion ad convivas dicit; conjiciamus nos in balneum.*) Eſt contra morem Romanorum hoc, qvi loti cœnitarunt: Sup. p. 2. Sed meminerimus à Petronio hîc deſcribi hominem ἐξάνθρωπον,

πρᾳ-

Digitized by Google

παρ́ανομον, ἀντίνομον, αὐθάδη, ἄμικτον & prorſus ſui ſenſus.

*Trimalcionem gaudentem ſubſeqvi.*) leg. *gradientem*, gradus moventem ad balneas.

45. *ille evocatus cibo.*) leg. *revocatus* à furore, avocatus à latratu, demulſus offarum jactu.

*nemo convivarum per eandem januam emiſſus eſt: alia intrant, alia exeunt.*) Veteribus Sapientibus eſt traditum *Portam ingredi nefas qua exieris*; apud *Cæl. l. 4. ant.* c. 7. alio verò ſenſu. Neque in balneo licebat exire qua ingreſſi fuiſſent. *Luc. in Hippia.* Λουσαμένῳ ἔνεστί σοι μή τὴν διὰ αὐτῶν οἴκων αὖθις ἐπανιέναι.

*ac ne ſic quidem putidiſſimam ei actionem licuit effugere.*) Senſus poſcit ut deleamus negativam & legamus: *ac ſic quidem put. ei act. licuit effingere*: nim. quod nudus in turba ſtaret & lavaret. Habebatur hoc autem inter Romanos flagitium, *Cic. 9. ep. 22. ad Pætum.*

*nihil meliùs eſſe dicebat, quàm ſine turba lavari.*) Senſus poſtulat etiam hîc, ipſaqve ratio fabulæ, ut legamus, *in turba*; vocaverat enim convivas ſuos ad balneum, habebatqve inde συλλουομένους plures.

*diduxit* (in balneo) *usq; ad cameram os ebrium & cæpit Menecratis cantica lacerare.*) Camaram, ſup. p. 11. dixit pro tecto, laqueari, ſeu tabulato ſuperò triclinii: hîc oris pars ſuperior θολωτὴ convexa ſeu fornicata intelligenda eſt, qvam Græci οὐρανὸν, *Poll. l. 2.* & ὑπερῷον. Latini palatum vocant. Cæterùm inter characteres ruſtici habet *Theophraſtus*

*ſtus* c. 5. τὸ ἐν βαλανείῳ ᾆσαι. Vidimus nos, qui ſub novacula modò caneret modò ſibilaret, aſſo ſcil. ore; erat autem quinquaginta annorum puer. De Menecrate citharœdo, caro Neroni Aug. *Suet. cap.* 30. nihil curandum eſt; Mæcenatis, qui mollitiem veſtitu, inceſſu, victu cæterisqve etiam in ſtilum adniſerat, carmina intelligenda ſunt; quorum aliqvot libros conſcripſiſſe ferunt; qui fragmenta ejus cùm ſolutæ tùm ligatæ orationis collegerunt; extant multa apud *Senecam*, qui in hominem ambiguus eſt: ep. 19. 101. 114. 120. Benè, *Mæcenatis canticatica blateravit* ἀπόνως & interfecti pudoris nebulo, qui Mæcenatianum ſe quoque præſcripſit in tabula, quæ ſuprema ejus contineret p. 44. cùm tamen Mæcenati literatorum fautori eſſet disſimilimus.

46. *In ſolio quod Trimalcioni perijapatur.*) Vera ſcriptura, *pyriabatur*, i. e. calefiebat, accendebatur pro Trimalcione. Πυριᾶν & πυριάζειν ἀπὸ πυρὸς Græci dixere pro eo, quod Latini fovere, fomentare, calorem exterius inducere. Πυρέσσειν ſuffire, ſuffocare. Πυρία & πυρίασις fomentum ſive ſiccum ſive humidum, una θεραπειῶν medicarum & multi uſus. Vetus & bonum iſtud Græcum Latino-Barbari ſuum fecerunt dixeruntqve pro ſumta licentia *pyriare*: Sylvat. Pand. c. 578. *Pyriare*, *fomentare*, *evaporare*, (in Edit. *pyriaſe* fortè è πυριάσαι) *Pyriaſis fomentatio*, *evaporatio*. Vocarunt etiam *ſtuffam*, cùm membra ſuffumigantur vel fumum & calorem per embotum excipiunt: eſt apud *Grain. tr. de egr. matr. c. 5. 17. 22. & l. de baln. c. 4.* indeqve verbum *ſtufare*, id eſt, vaporare. *Gilbertus Pract. P. 7. de*

*hydr.*

Digitized by Google

*hydr. matr. Stuphetur cum decocto diverſarum her-batum*: quod Græcis θυμιᾶν & ὑποθυμιᾶν. Per *ſolum* autem vel *ſolium*, qvod pyriabatur Trimalcioni, in-telligenda eſt cella ſudationis aſſæ, in quam loti ſe conferebant, ut vaporis calidi adpulſu corpora ex-ſuctis humoribus otioſis deplerentur & ad conve-nientem ſiccitatis temperiem redirent; eadem *vaporarium*, *æſtuarium*; veteribus *Celſo* & *Vitruvio Laconicum*, etiam *caldarium*; *Luciano* in *Hippia*, ubi de partibus balnearum, ἤρεμα θερμὸν οἴκημα.

*Ergò ebrietate diſcuſſa.*) Hiant iſta, quia deſunt quæ in pyriaterio, in quod deſcenderant, contige-rint & quomodo exierint. Ea verò ipſa qvoqve ſupplere debuit ille, qui integrum cum ſuis fabulis, ludis, & lavationibns convivium nobis dare poſſe exiſtimavit, & Petroniano texto ſuos ſubinde pan-nos non quidem vetuſtate commendabiles illos, ſed novitate barbarâ ſolùm ſpectabiles adſuit.

*in triclinium aliud deducti ſumus, ubi Fortunata diſpoſuerat lautitias ſuas, ita ut ſuprà lucernas æneolos-que piſcatores notaverim.*) Quid *piſcatores* faciant in-ter utenſilia muliebria, repoſita in cubiculo, nemo facilè dixerit. Legendum putabam *naſcatores*. Me-dici Latini ex Italiciſmo *naſcalia*, *naſtalia* vocant. *Silvat. Pand. cap. 562. Gvilb. Varign. l.16. c.4. Anton. Gvainer. tr. de ægrit. matr. c. 13. 17. 34.* qvæ *Hippo-crates* προσθετὰ, ſuppoſitoria, ſubditicia, *Dioſc. l.1. c. 25.* προσθέματα τὰ πρὸς τὴν μήτρην, *Paulus* κάθετα. alii πεσσοὺς, *peſſos*, *peſſaria*. Sunt autem peſſi in coni ſeu cunei formam è ſpeciebus medicamentoſis coactis, effigiati, teretes, certæ longitudinis & craſ-ſitiei

Digitized by Google

ſitiei magdaleones qui ſerico, petiave linea obducti loculis mulierum utero laborantium intruduntur; differunt autem pro ratione morbi, ut ſint alii emollientes; alii adſtringentes, alii aperientes, *Paulus l. 3. cap. 62.* alii abſtergentes, alii anodyni, *V. Nicol. Alex. antidotar. ſect. 83.* Etiam πεσσὸν φθόριον qui fœtum corrumpere & abortum accerſere poteſt, nominat *Hippocrates* ἐν ὅρκῳ. Eos à ſimilitudine & uſu duciculorum ſeu duccillorum, qui cunei ſunt lignei æneive doliorum foraminibus obdi ſoliti, οἱ κοινολεκτοῦντες adpellant Mutter-Zapffen. Pudeat efferre clarius, cui fini inter ſcruta & mundum ſcil. ſuum habuerit Hippia ἀνδρομανὴς & pruriens ejuſmodi peſſulos; nefanda neqviſſimarum τριβάδων chirurgia è ſpurcalibus Gentilium nota eſt Eruditis. Supereſt tamen de iſto loco aliud qvoque ſuſpicari, ſed tendens eòdem; fortasſis τὸ *piſcatores* è Græco *priapiſcotòs* corrupiſſe deſcriptorem. Inter μοτῶν linamentorum, tentarum ſeu turundarū quæ vulnerū ulcerūq; cavis induntur à Chirurgis, ſpecies eſt etiam μοτὸς ὁ πριαπισκωτὸς *Galeno in Iſagog. c. ult.* i. e. in formam faſcini virilis faſtigiatus, & inde τὸ *aneolos*, ſubintellecto ſubſtātivo, referetur ad materiam; τὸ *priapiſcotos* formam indicabit; tale quid fuit id quod Fortunara inter lautitias ſuas habuiſſe h. l. dicitur, i. e. *aneoli priapiſci.* Et hoc probabilius eſt priore illo de *naſcatoribus*; quod non eſſet Petronianum, quippe ſeculis natum proximis; *priapiſcotum* autem vetus & Petronio ſummo Græcanicæ doctrinæ cupitore & feliciſſimo imitatore dignum.

*47. puer*

Digitized by Google

47. *puer non inſpecioſus.*) Novè, ſed invenuſtè & infabrè formavit : (*Papinius*, indecorem : *Tacitus* indecorum dixiſſet τὸν δυσειδῆ δύσμορφον) prorſus, ut incupidum *Afranius*, inſtudioſum pro ἀμαθεῖ, καὶ ἀμελεῖ *Appul.* inſincerum *Cyprianus*, inactuoſum *Auguſtinus*, inpromtum *Cæl. Aurel.* & illa ſemi-Latinorum, *ineloquens*, *indeficuus*, *incurialis*, *infinibilis*, *infertilis*, *irruinabilis*, ejusqve monetæ alia.

Trimalcio de uxore ſua, *ſe de machillam illam ſuſtuli.*) leg. *ſi de mactrilla illam ſ. Mactrilla* pro mactrula, mactra. Fuerat enim mulier à furno, vel panicoctaria, ut loqvitur *Petâ*, *Chryſol. ſerm.* 99. σιτοποιός *Theophraſto*; vel quod circa piſtrina, inter alicarios, quæſtûs gratiâ, diverſabatur.

*Curabo domata ſit.*) Hoc anomalon, ut & præcedens *ſomniatur*, non abſolvi poſſent barbariſmo, niſi Florus *domaverunt*, & Tertullianus *edomator* dixisſet. Habere tamen utrumqve intra calcata & obſoleta rectum eſt.

*Caſſandra caligaria.*) Convicium à ſtomachante marito jaci in uxorem intelligimus; at quid ſignificet, & unde tractum, minus: neq; enim antonomaſia hîc locum habet, ut Caſſandræ, quæ fuerat filia Priami, virgo, σύνευνος οὐδενὸς, παρθένος ἁγνὴ, ut eſt in Characteribus Trojanorum *Iſ. Porphyrog.* nomine eam adpellaverit. Quod autem Caſſandram pater Priamus apud *Tryphodorum* in Il. ἁλώσει vocat κακόμαντιν θαρσαλέην κυνόμυιαν, ob vaticinii ingrati & quod falſum vellet libertatem eam corripit, & ἐπιθελίζει, necinde ſequitur ipſum Caſſandræ proprium nomen ea figura, qua Ulyſ-

ſem

Digitized by Google

ſem pro vafro, Neſtorem pro prudente, Catonem pro ſerio, Tanaqvilem pro imperioſa fœmina, Aedonem pro *παιδοφόντει* dixerunt, ad improbis moribus mulierem torqvere voluiſſe Petronium. Librarii inſciti eſt, qui pro eo, quod non intelligebat ſcripſit aliud notum ſibi, & autoris elegantiam hac ſordicula ſua fædavit. Primæva ſcriptura, *caſaveras alicaria.* Κασάυρα, κασαυρὰς, κασωρὶς proſedam lupam ſignificat, dixi ad p.32. Alicaria, qvod vel piſtrino obnoxia fuiſſet, ut modo; vel eô ſenſu quo apud *Feſtum alicariæ mulieres* exponuntur proſtibulæ. Data jam vera lectione non opus ultrà habemus fingere, caligariam dici, quod *caligis*, habitu militari, *fuerit ornata* Fortunata. Imò ſup. p. 38. ejus venientis in triclinium phæcaſias in auratas fuiſſe dixerat Petronius; qvi ipſe *in Editis olim p.33.* Lugd. à militibus removet *phæcaſiatos eſſe;* & à Fortunata igitur etiam removendum caligatam fuiſſe. Simul è Petronio corrigendus error *Douſæ*, qui *l.1. Præcidan. cap. 20.* phæcaſia muliebris calceamenti genus fuiſſe negat.

*Agato ungventaria*) leg. *Agatha* vel *Agathoſa*, Agathuſa: dixi de tali nominum forma *in Eponymol.* lit. A.

*At ego, dum bonatus ego, & volo, videri lenis, ipſe mihi aſciam in crus impegi.*) Queritur de infelici matrimonio & incommoda uxore. Velim legere: *At ego dum aporiatus ago* i. e. dum in angore animi & triſtitia vivo. Ἀπορία eſt in re difficili inopia conſilii & περὶ πόρου, de evaſione, dubitatio, ſollicitudo, perplexitas & ad hanc proxima deſperatio

Ἀπο

Ἀπορεῖν, ἐξαπορεῖν, eſt ambigere, neſcire quî ſe malo circumſtante qvis expediat. Verbo *aporiari* hoc ſenſu uſus eſt vulgatus interpres Eſ. LIX. v. 16. & 2. ad Cor. 4, 8. *Order. Vital. l. 10. hiſt. Eccl. Iſti nimiam egeſtatē in itinere pertulerunt & pœnè usq; ad mortem aporiati ſunt: & l. 13. nimia penuriâ & fame anteqvā proprios lares cōtigiſſēt, aporiati ſunt.* Verbo *aporiare* ſignificatione depauperādi (pauper n. Latinis, qvi Græcis βάπορος, ἄπορος, πανήπορος) uuſs eſt *Petrus Bleſ. ſerm. 22. Vernaculos & domeſticos tuos aporiabis*; & *Philippus rex Franciæ in teſtamento an. 1190. apud Rigordū: qui per tallias noſtras aporiati ſunt.* Proverbio verò dicit ſe ſuo ſibi jumento malum accerſiviſſe, & unde commoda ſperabat ex eo contra animi ſententiam accepiſſe damnum. *M. Seneca 3. Contr. 5. in ſecurim incurris, & carnificem ultrò vocas.* Illnd tractum ex fabula de Lycurgo rege Edonorum in Thracia, qui cum odio Bacchi vineta exſcinderet immiſſo furore à Libero *unum ſibi pedem amputavit, Hyg. fab. 132.* Variant, ut in talibus amat fieri; nam ſunt qui filio Dryanti crura obtruncaſſe, etiam qui interfeciſſe narrant: *Apollod. l. 3. Com. mythol.* l. 5. c. 13. p. 485. 503. De hoc ipſo Lycurgo proverbium aliud Petroni, *Lycurgo crudelior*, exponendum eſt. Sævitiæ enim ejus modum, qvod viatores hoſpitesqve comprehenſos εἰς μόρον ἕλκειν; mactare, eorumqve capita manus pedesq; portis ſuis præfigere ſoleret, graphicè depingit *Nonnus Dionyſ. l. 20.* Sed hæc ſunto loco παρεργήματος.

48. *artiſſelium de ſuo paravit.*) Laudat artificium

 ſervi,

Digitized by Google

ſervi, quòd in opere lignario excellat: leg.' *arciſellium*; arcuata ſella eſt. *Arnob. l. 2. arquata ſella, acus, ſtrigil, polubrum, ſiliquaſtrum, trulla, lancicula.* D: enallage literarum c & t modò dictum. Formarunt autem ut *bicellium*, qvòd pro domò duas habente cellas dixêre, & ut *biſellium*; quod pro ſella duplice vel duobus ſedilibus, prorſus ut Græci δίφρον, currum, q. δίφορον, qvòd in eò duo veherentur; extatqve *in Notis Tir. & Sen. Comm. 4. t. 3.* procul dubio acceptum ex Inſcriptionibus. Ex his enim didicimus HONOREM BISELLII proprium fuiſſe Coloniarum & Municipiorum, viris que benè meritis ab Ordine & Populo conferri conſveviſſe. Hinc in Sveſſana 3. CCCCLXXV. C. Titio Chreſimo AUG. Liberto Ordo Decurionum & Auguſtalium & Plebs univerſa honorem Biſellii qvo quis optimo exemplo in Colonia habuit, decrevit, quod pro ſalute Imperatoris munus gladiatoriæ familiæ de pecunia ſua ſecundum dignitatem Coloniæ ediderit: & in Abellana 2. MXCIX. Cn. Plætorius Sevir Auguſtalis adpellatur BISELLIARIUS, quod in publico vel bigis vehi, ut volunt quidam, vel ſella duorum capace, vel duabus ſellis uti, i. e. duobus locis ipſi, beneficio Ordinis, ſpectare liceret. Ab iſto more Laberius jocum in M. Tullium, qvòd duabus ſellis ſedere ſoleret, traxit: eſt in *M Sen. Contr. declam. 3. Macrob. l. 2. Saturn. 3. & l. 7. cap. 3.*

*& duas trullas.*) nim. è ligno ruticulas, quarum agitatu in ollis cibi conteruntur, & commiſcentur; Græcis τορύναι ſunt κινητῆρες τῆς χύτρας. Alias ſigniſi-

gnificationes, quæ plures ſunt & relatæ à *Dalecb. ad Plin. l. 34. cap. 2.* nihil huc faciunt; uti nec illa è gemma pergrandi excavata cum manubrio aureo Antiochi regis Syriæ potoria apud *Cicer. 4. Verr.*

*Ita tibi videtur, fulcipedia?*) Lego, *falcipedia.* Trimalcion iratus invehit in uxorem à pedum vitio captatâ occaſione nominatq; falcipediam, δρεπανόποδα, ἁρπήποδα, h. e. cui eſſent *crura ſimulent quæ cornua Lunæ*, ut jocatur *Mart. 2. ep. 35.* vel quòd crura in orbem panderet, ut loquitur *Petronius*, poplites habens divaricatos infrà coëuntibus talis; adpellant tales valgos, βλαισοὺς, *Krumbein.* Analogia excuſabit τὸ *falcipedia*, etſi nuſquam prætereà legeretur. Eſt enim apud *Feſtum acupedius, acuipedius, aqvipedius, acipedius, cui præcipuum in currendo acumen, & acupes*, è Græco ὠκύπους. Item *quadrupedius*, quod eſt *in Gloſs. Latino-Germ. Haganoenſi.* Et *tripedia*, τριπόδης, τρίπους, ſcabellum tripedaneum: ſellulam ruſticanam adpellat *Sulp. Severus dial. 2.* quam Galli *tripediam.* Fortasſis *Falco* apud Romanos cognomen etiam à crurum falcatorum forma, q. Falcipes, falcipedius.

*Tu autem ſtertera.*) Huic nec analogia favet, nec autoritas. *Arbiter*, puto, dixiſſet *ſtertoram* vel *ſtertoroſam*, i. e. vel ſomniculoſam & ignavam, vel cum ingrato & crepero pectoris ſtridore ſonitu & roncho ſive dormientem ſive reſpirantem, ſive loqventem. Κέρχνοι & κερχνασμοὶ apud *Hipp.* & *Galenum* ſunt ſoni in thorace ac ſtridores reddētes reſpirātionē difficiliorē; quæ inde κερχνώδης ἀναπνοή: ipſi, qui ita laborant, κερχνώδεες & ῥεγχώδεες. Ejus formæ



Digitized by Google

mæ benè Latina plura laudari poſſet; ſed hæc nunc malui exhibere: canoroſus, clamoroſus, coloroſus, doloroſus, fœtoroſus, fragoroſus, livoroſus, nidoroſus, pudoroſus, rigoroſus, ſaporoſus, ſonoroſus, ſqvaloroſus, timoroſus, valoroſus, vaporoſus, vigoroſus.

*ut celeriùs roſtrum barbatum haberem labra de lucernâ ungebam.*) Ex antiqva Coſmetice hoc eſt, dignumque *Arbitro*, qui de Medicinæ peritia ſubinde tàm joco quàm ſeriò oſtentata nobis cognitus, ut docuimus paſſim horum Scholiorum. De oleo verò lucernario eſt apud *Aëtium tetr. 1. ſ. 1. lit. E.* id curandæ τριχοῤῥοίᾳ & alopeciæ, producendisqve pilis adhibuiſſe veteres teſtatur compoſitio medicamenti ex adipe urſino, adarce, muſcerda, pice liquida, & oleo è lucerna, apud *Alexandrum Trall. l. 1. cap. 1.*

*nec turpe eſt quod dominus jubet.*) ſup. p. 17. *quid ſervus peccavit, qui coactus eſt facere?* Hauſit ab Oratore Q. Haterio, qui in defenſione Libertini, domino morem gerentis, dixerat, *Impudicitiam in ingenuo crimen eſſe, in ſervo neceſſitatem, in Liberto officium.*

*ipſi meæ dominæ ſatisfaciebam.*) honeſtò vocabulo rem turpem eloqvitur: ſic in Editis p. 38. Eadem verecundiâ ex ore Pythagoræ εἰδέναι dixit *Jambl. in 1. c. 9.* ſcire, Pollio de Zenobia; & χρησιμεύειν de infando pueri miniſterio è Diocle Laërtius in Cratete.

*taceo, quia non ſum de glorioſis.*) *De* pro *ex* poſuit: ita *Sen. præf. 5. non ſum de judicibus ſeveriſſimis*; ita *Cicero, Orator non ſanè de minoribus*: ita autor

tor p. 44. *de una die tunc facere nihil malo*: *pag. 46. Cocus de porco aves piſceſq́ fecerat*. & p. 18. *athletæ de magna turba*: quanquam hoc aliter quoque interpretari liceat.

49. *Nemini tamen nihil ſatis eſt.*) Sen. conſol. ad Hev. c. 11. Cupiditati nihil ſatis eſt; Naturæ ſatis etiam parum.

*Graculus Serapa nomine.*) malim duo contrahere & leg. Serap-Ammon. Amarunt è duobus Numinum compoſita nomina Ægyptii & Ἀιγυπτιάζοντες Græci: inde Hor-Apollon, Phœb-Ammon, Herm-Ammon, Heracl-Ammon, Herm-Apion, Herm-Eraclas.

50. *Viperam ſub ala nutricat.*) Petronium ad id, quod de ſerpentis exuviis repertis in lecto Neronis pueri refert *Sveton. cap. 8.* alludere nunqvam credam; neque ut iſtud eò trahatur tria helciariorum paria conficient: Hoc ergò abierit. Uno verbo; verba ſunt Serapammonis mathematici vaticinati de conjugio incommodo illo, ut ſuprà obſervari potuit, à Fortunata Trimalcioni, ſcil. ſerpentem in ſinu foturo, cum eventu, quem ille Æſopi fruſtifisſor fuerat expertus: notat *Sen. ep. 42.* h. e. habituro refractariam, oblatratricem, exitialem, peſtem: ea Trimalcion hîc repetit ad Habinnam.

*& cur vobis non dixerim, etiam nunc mi reſtare vitæ annos triginta, & menſes quatuor, & dies duos.*) nim. ariolus ille genethliacus ita viderat ſcriptum in dipthera Jovis, vel tamen in ὁράσεσι ſic repererat, quod de longitudine vitæ promitteret ſciſcitatori; eique igitur fidem non immeritò habuit homo



Digitized by Google

Φιλόψυχος vanus & ſtolidus. Similem tamen ſibi & in eodem curioſitatis credulitatiſqve luto hærentem habuit poſt aliquot ſecula MARTINIANUM quendam EX - PROTECTORIBUS, qui cippo quem ſibi poſuit inſcripſerat, Vixiſſe IN SECULUM AN. LXI. ET SPERare ſe VIVERE ADHUC ANN. LXXXXIX. MESES. VI. DIES III. ET H. DECEM: è Codice *Alciati* ſumma fide deſcriptum à *Placido Puccinellio* monacho Caſſinenſe recenſet *Octavius Boldonius l. 2. Epigraphices f. 349* inde acceptum repeto & interpretor *n. 446. Claſſis XX. Syntagmatis Inſcriptionum.*

*Quod ſi contigerit fundos Apuliæ conjungere.*) Inprimis ſtuduerunt οἱ πλούταϰες, ut fundos fundis aggerarent & fines promoverent, & latifundiis cenſerentur. Idem Trimalcio de ſe ſup. p. 20. *nunc conjungere agellis Siciliam volo, ut cùm Africam libuerit ire, per meos fines navigem.* De eodem ſtudio *Horat. 2. ep. 2. Calabris ſaltibus Lucanos adjici* dixit.

*ſatis vivus pervenero.*) leg. *ſatis dives* p. *an divum* ſe nominat pro beato?

*ſurſum cellationem.*) Vix præſtem ſanum hoc eſſe, quòd Verbi, unde deſumere potuerint, nullus unquam fuerit quantum memini uſus: nec facilè reperias à Nominibus formari ejuſmodi quæ Verbalium appellatione communiter adficiuntur. Leg. igitur *cellariolum*, i. e. reliquiarium, promtuarium, vulgariter *Diſpenſa*, ταμεῖον· cujus ſtructura commodè in ſuperioribus ædium, loco perflabili & ſicco; in ſubterraneis enim conditoriis pleræque ſpecies



Digitized by Google

cies & pars penoris madore corrumpuntur. Si qvis maluerit *cellarionem*, ei plura demonſtranda erunt fortasſis non ita facilia.

*vipere bujus uxoris ſeſſorium.*) Utitur pro Φορείῳ, geſtorio, δίφρῳ καταστέγῳ, lectica, baſterna *Cæl. Aurel. 1. acut. 10. ſella bajulatoria vel quolibet ſeſſorio veheretur.* Hîc ſignificat γυναικῶνα ſeu diætam matrisfamiliæ: γυναικωνῖτις, ubi prandere cœnareqve ſolebat, *Luciano in Somnio:* vel etiam ſpeciatim κλισμὸν, reclinarium, reclinatorium.

*hoſtiarii cellam perbonam.*) Pervetus hoc eſt, nim. tractum *à Plauto, qui Moſtell. a 3. ſc. 2. v. 3 prandium perbonum* dixit, & *ib. ſc. 1. peroptimè*: quod imitatus ſcriptor ſeculi decimi qvarti *Rol. Capellutus tr. de peſtil. apoſtem. curat.*

*Credite mihi, aſſem habeas, aſſem valeas: habes, haberis.*) Ita ſemper judicavit vulgus, omniumque primùm quæſivit de cenſu,

*quot paſcit ſervos, qvot posſidet agri*
*jugera, quàm multa magnaque paropſide cœnat?*

*Strabo l. 9.* vocat κοινὸν λόγον, alius ὑμνηθὲν πάλαι iſtud: Τά χρήματ' ἀνθρώποισι τιμιώτατα
δύναμίν τε πλείστην τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχει.

& ab admiratore auri Tragico, apud *Luc. in Somn.* iſtud:

ὦ χρυσὲ, δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς.
οὐ γάρ ἐστιν ὅς βροτῶν ἔχει κράτη·

itemqve ab alio hoc: *Ubiqve tanti quisque quantum habuit, fuit.* nim. *ita Populus jusſit. Sed Populi ſcita ex magnâ parte Sapientes abrogant:* etſi concedant λυσιτελῶς λιμώττειν χρυσοῦ τὸ ἀνθρώπειον γένος, *utiliter*



Digitized by Google

*liter aurum eſurire homines*; hinc enim artes inventas & in communem vitam inductas eſſe; hinc conditas urbes; hinc inſtitutas negotiationes; in ſumma, omni ordine & decore careret vita iſthæc, niſi aurum homines mutuis operis indigentes feciſſet: ut Philoſophatur Hermagoras ad Sopatrum, *in Epp. Theph. Simoc.*

*alioquin te vivum comburam.)* Minæ hæ ſunt ventoſi & inſolentis domini, qvales illæ Mercurl Plautini, *Evades nunquam quin te ſacrificem. Ignis pœnam graviſſimam credimus, cùm ſervis iraſcimur.* Neque enim auditũ apud Romanos aliter adnimadverti in ſervos, quàm virgis, flagellis, fuſtibus, crurifragio, cruce. *In ſervos quidem heris nihil non licere*, vetus dictum: Vid. *Sen. 1. de clem. cap. 18. & Petr. Chryſol. ſerm. 141.* ſed magiſtratus temperarunt licentiam: inprimis Athenienſes ſuper ſævitia in eos cognoſcere conſveverunt, Vid. *Athen. l. 6.* ex Hyperide, Lycurgo, Demoſthene; & circumferuntur duo reſcripta D. Antonini Pii, alterum ad Ælium Marcianum ProCOS. Bæticæ, alterum ad Alfium Julianum, plena humanitatis, quibus atrociùs jura dominationis exercere heri prohibentur: Coll. LL. Moſ. & Rom, tit. 3.

*ampullam nardi aperuit, omnesque nos unxit.)* ad quid unxiſſet adſtantes? unctionem verò ſibi ut vivo, ſic mortuo profuturam ſperare dicit. Elota ergò menda lego, *ungvesque ſuos unxit.* At cur ungves? quia clauſulæ ſuni nervorum, ùt loquitur Plinius: potiùs quia nervi, venæ, arteriæ, ad eos porriguntur; unde & extremorum inſignis ille cum mem-

membris principibus conſenſus, quorum robori facere putabant inunctiones ungvium. Quin eos deaurari mos quoque erat: *Serv. ad Æn.* verùm id non ſanitatis, ſed ornatûs cauſa & luxu. Græcorum ea curioſitas, qvòd privatim cuique parti corporis peculiare ungventum idoneum & ſalubre ſcirent; unde apud *Antiphanem* ille crura & pedes Ægyptio, buccas & mammas Phœnicino, utrumque brachium ſiſymbrino, ſupercilium & comam amaracino, cervicem & genua ſerpillino linebat. De nardini præſtantia præterquam Scriptores ſacri teſtatur *Menander* in *Cecryphalo* apud *Athenæum* l. XV. Unctio autem iſta Trimalcionis rectè cenſebitur inter *crapularias*, quas paraſitus Plautinus *Stich. a. II. ſc. 3. v. 75.* nominat: *ebrietate* enim *turpiſſima gravis* eam ſibi adhibuit.

51. *raptimque tàm planè quàm ex incendio fugimus.*) Finis hæc Cœnæ videbitur cohærere Editionum iſtis: *neq; fax ulla in præſidio erat, quæ iter aperiret errantibus: accedebat huc ebrietas & imprudentia locorum.* Sed ſi rem rectè penſitemus, non cohæret. Cùm enim paulò antè p. 46. *diſcuſſam ebrietatem* fuiſſe ſcripſerit, quomodo nunc *ebrietatem* fugitivis è domo Trimalcionis iter difficile reddidiſſe? Non poſſunt iſta ita facilè conciliari, ut Petronium unum ſobrium permodico intervallo contraria ſcripſiſſe concipiamus: Neceſſe igitur eſt, ut vel duas unius ſcripti ἐκδόσεις, quod dicebam, in unam confuſas eſſe, vel duos ejus ſcriptores agnoſcamus; & ſic ῥῆσις illa Petronii è Dalmatia, hæc Arbitri fuerit; extat enim ut geminum fragmen-

mentum in primùm curata Satyrici hujus editione, quam Venetiis per *Bernardinum de Vitalibus* anno 1499. & anno ſeqvente Lipſiæ faciente *Herm. Buſcbio Monaſter.* poëta & Oratore apud Jac. Thanner. Herbopolenſem prodiiſſe accepimus. Hoc unum reſtat, ut ludicrum iſtud multæ eruditionis & ſinceræ Latinitatis habitu ſpecioſum æſtimare diſcamus; ſed qvæ ipſi notæ non optimæ à ſeculis infelicibus invenuſta pasſim obhæſerunt curioſè & ſagaciter ſecreta ſuis autoribus remittamus. Et hunc colophona eſſe Cenſuræ meæ de iſto Fragmento volo; ex eo qvoqve omnia & dicta antè & ſenſa judicari.

## ADDENDA.

### P. 5.

P*Oſitus inter cervicalia minutiſſima.*) Tali cultu Theſmopolis, Philoſophus vetulus & cauſarius in convivio opulenti diſcipuli ſui Eucratis fuit: qvinqve enim ſervi eum menſæ compoſuerunt, *ὑπαυχένια περιβύσαντες αὐτῷ πάντοθεν, undiquaq; conſtipantes pulvinis & cervicalibus*; at cui fini? *ὡς διαμένοι ἐν τῷ σχήματι καὶ ἐπιπολὺ καρτερεῖν δύναιτο. Luc. in ſomnio.*

9. *non mehercles puto decimam partem* familiæ *eſſe quæ dominum ſuum novit.*) Luxus vel inſaniæ hanc ſpeciem, qvod ſervos multos posſidere beatitudini imputarent, Græcis Romanisqve familiarem deſcriptam lege apud *Athen. l. 6. extr* C. Cœcilius Claudia Iſidorus, etſi bello Civili multa perdidis

didiſſet ſervorum quatuor millia ſedecim relinqve-re teſtamento ſuo edixit: *Plin. l.* 33. *c.* 10. Etiam de-plorat *L. Seneca* 7. *de benef. c.* 10. *ô miſerum, ſi quem delectat familia bellicis nationibus major*: & *Conſol. ad Helv. c.* 11. *ſervorum turbam, quæ quamvis magnam donum anguſtet*. Parens autem Contr. IX. *Non me delectant*, inquit, *ignoti domino ſervorum greges, nec ſonantia laxi juris ergaſtula*.

18. *manus manum lavat.*) Ab Epichaamo vel Menandro τὸ, γεὶρ χεῖρα νίπ]ει· Χεὶρ χεῖρα κνίζει, ac-cepit: etiam eadem ætate *Seneca in ludo de morte Claudii*. Hujus uſus gratia *Galenus* 1. de uſu part. 5. σύμμαχον ἑκατέρῃ τὴν ἑτέραν χεῖρα ἡ Φύσις ἐποίη-σεν, inqvit. ἀλλήλων γὰρ ἕνεκα γεγένην]αι καὶ πάν]ῃ πεφύκασιν ἶσαι.

19. *Ideò illi cotidie clamo*) i. e. frequenter dico, inculco, ἀειλογῶ. *Sen. ep.* 27. *Sic itaque me audi, tan-qvam mecum loquar: Clamo mihi ipſe*.

*nec medici ſe inveniunt.*) Vim elegantiæ iſtius o-ptimè intelligemus ex hiſce *M. Seneca præfat. l.* 3. *Contr.* ubi de declamatoribus in ludo tironibus, *velut adſveta claſſi & dilecta umbræ corpora ſub dio ſtare non poſſunt, non imbrem ferre, non Solem ſciunt: vix ſe inveniunt*, i. e. cum diſerti ſuo arbitrio eſſent intraqve ſepta ſcholæ ventilantes magnum ſpira-rent, nihil minùs quàm diſertos ſe eſſe agnoſcunt, & vix mutiunt rhetoriſci, cum in forum venerint pugnaturi· Hîc *medici ſe non invenire* dicuntur, qvi eum medici eſſe & ſtare primo loco vel à ſeipſis vel à vulgo putarentur, in arenam, in ægrorum cli-nas protracti λογοθεώρητοι ſunt & cum impoſtoria

ſua

Digitized by Google

ſua loqventia promiſſorumque multa caligine & ambage involutorum vanitate non expediunt, qvod ægrotis ſit uſui, nullos explicant. Verbum *Invenire* eadem venuſtate de inanimatis dixêre qvoque veteres: *dolorem ſe invenire* de eo, qui cùm antè non ſentiretur, emicare incipit & gliſcere *Ovidius XV. ep. Her.* tranſumtaque eſt iſta Latinitas in noſtram etiam popularem, cùm eum ſe invenire dicimus, qui quod antè neſcire videbatur, ejus nunc ſe ſatis ſcium eſſe oſtendit; & cum qualitatem v. g. *ſaporem, odorem, bonitatem, malitiam, ſe invenire*, quæ ante non obſervata nunc ſe erigit, exerit & erumpit.

20. *Pauper & Dives inimici erant.*) Freqventisſimè in hoc argumento, inimicitiarum Divitis & Pauperis experiri conſveverunt Rhetores: ſic *Qvintil. declam. VII. IX. XI.* Iſta noſtri referam ad *M. Senecæ 5. Controv.* ſecundam vel etiam quintam.

25. *venit decretum Trimalcionis, qvo puerum juſſit liberum eſſe, ne quis poſſet dicere, tantum virum eſſe à ſervo liberatum.*) De puero iſta non poſſunt intelligi; nec enim adparet, quî puer dominum liberaverit. Viri ſummi ut de puero exponere poſſent, legere maluerunt *vulneratum;* atqui nec hoc adparet: non enim, quod videntur putaſſe, in dominũ ex alto ceciderat puer, multò verò minus vulneraverat; Sed Trimalcion pueri præcipitantis caſu conſternatus *ſuper brachium tanqvam læſum incubuerat.* Qvid igitur? Fiat via; legamus, *ſervum juſſit liberum eſſe*; nim. eum qui medicus domino fuerat, lanaqve brachium ejus involverat. Quod autem iſta

iſta manumisſione tumultuaria cavere ſe exiſtimavit, ne à ſervo beneficium accepiſſe dici poſſet, hoc à Stoa decerptum eſt; inter cujus placita etiam hoc, ſervum eo loco conditionem ſuam poſuiſſe, ut nihil eorum, quæcunque præſtat, ſuperiori imputetur; miniſteria eſſe ſervi, non beneficia, non officia; niſi cum plus præſtat quàm à ſervo exigi ſolet, & in adfectum amici tranſiit. Accuratè excutitur iſta κυρεία à *L. Sen. l. 3. de benef. c. 18. & ſeqq.*

27. *Apes enim divinas beſtias puto.*) Præter Ariſtotelem & ſcriptores de re ruſtica apum naturam diligentisſimè executus eſt *Plinius l. XI. capp. quindecim:* poſt hunc infiniti alii. *Quintilianus* Petronio Φυσικεύοντι περὶ μελισσῶν proximè accedit, *declam. XIII. Cùm ingenia noſtra, qua nos ſcilicet ambitioſi noſtri æſtimatores proxima divinis credimus, ad percipiendas diſciplinas multo labore deſudent, nullæ apis niſi artifex naſcitur: quid credas aliud quàm divinæ partem mentis his ineſſe? & quid non divinum habent, niſi quòd moriuntur?*

32. *Nos etiam verum imaginem ipſius Trimalcionis, cùm jam omnes baſiarent, erubuimus præterire.*) Cùm non niſi veri & ad vivũ expresſi effictiq; vultus dominorum in armariis diſponi, tùm promi, exhiberi & circumferri in conviviis ſolerent, inepta locutus fuerit *Petronius*, ſi lectionem editam ſequamur. Neceſſum ergò eam corrigi; veriusqve videtur, in vocabulo *verum* latere nomen materiæ, è qua formata imago; nim. ſcripſit, puto, *Petronius: Nos etiam ceream imaginem ipſius Trimalcionis, cum eam omnes baſiarent, erubuimus præterire.* Ejusmodi

modi thoracæ, *θωρακίδες*, *ϛηθάρια* ſ. *προτομαὶ* thoracetenus effigiatæ è cera comitari ſolebant funera gentilitia & ſemper defuncto aliquo totus familiæ ejus, qui unquam fuerat, cum celebri pompa populus aderat.

33. *apoculanius. Nos*] Satius videtur iſta ſic diſtingvere: *Apoculamus nos* i. e. diſcedimus, iter inimus. Quod enim de Orco cœco putabam, nunc diſplicet. Interim iſta *abocellus* & *aboculare* ejusdem ſeculi, ſed non Neroniani, Verba eſſe conſtanter teneo.

37. *Ille autem jam ebrius uxoris ſuæ humeris impoſuerat manus.*) Theſmopolin Philoſophum convivio interfuturum, *ἐπερειδόμενον καὶ τοῖς οἰκέταις* fingit *Lucianus l. d.* id verò è ſenio & *νοσηλεία*. In fœminarum rei lautæ famulitio erant *ἐπωςρίδες* *Athen. l. 6.* vel qvod verius videtur *ἐπωμιςρίδες*, *ἐπωμίςριαι*, qvæ dominabus terga humerosve ſupponerent; ſuccollatrices. *Euſtath l. 10. de amor. Iſm. Soſtrati filiam Iſmenes* anciliæ *manibus innixam veniſſe narrat.*

39. *Si filiam haberem auriculas illi præciderem.*) nim. oneroſæ ſumtu futuræ, ſi auriculis utrinqve bina vel terra patrimonia, ſecundum mores publicos volet dependere.

*mulieris compedes.*) *Philoſtr. ep. ad uxorem*: Ὁ γὰρ καλλωπισμός ἑταιρικὸν· & αἱ χρυσαῖ πέδαι Θαΐδος, καὶ Ἀρισαγόρας, καὶ Λαΐδος φάρμακα.

44. EX PARVO CREVIT. SESTERTIUM RELIQVIT TRECENTIES.) Divitiarum famam aucupabantur etiam vilia capita. Sup. p. 37. de ſervo,

vo, *quinquaginta millibus exiſtimant mortuum.* Stolidum autem maximè, quòd ſummas patrimonii titulis ſepulcralibus inſeri curarent. Fecerat noſtro ſimilis Staberius, qui teſtamento id caviſſe, conſtituta in hæredes pœna ni parerent,& qvantum qvisqve accepiſſet in marmore faterentur, dicitur. Præſtat de eo audire *Horatium* 2. *Sat.* 3. ita Philoſophantem:

— — — — — *quid ergò*
*ſenſit, cùm ſummam patrimonI inſculpere ſaxo*
*heredes voluit: quoad vixit, credidit ingens*
*pauperiem vitium & cavit nil acriùs, ut ſi*
*fortè minus locuples uno quadrante periret*
*ipſe videretur ſibi nequior.*

nim. ſolum divitem clarum, fortem, juſtum, ſapientem & regem,& qvicqvid volet, futurum; in pauperem iſta neqvaquam cadere exiſtimaverat.

46. *ſervus meus, homo, præfiſcini, frugi & micarius.*) Lego, *amicarius*, & interpretor πεϱαγωγὸν, πεϱαγωγέα, cui ſtndium & artificium eſt amicas amatoribus conciliare & vetitarum conventionum internuncium agere: ille ipſe ſcilicet quem p. 40. *agagam* vocavlt, i. e. lenocinatorem, lenatorem. Exercebant enim lenoniam præ reliqvis ſervi; & lenones ipſi quid aliud quàm fæx ſervilis? teſtis vetus tàm Græca quàm Latina Comœdia. *Diomedes l.* 1. *Gramm.* ἐϱωμλυοπάϱχ☉, ἐρωμλυοπώλης, ἐρωμλυαγοϱαςὴς, *amicarius*: poſſis πορνοκάπηλον, πορνοζείβην, ποϱνοκόπον, ut *Menander*, dicere. Verbo *Amicare* pro placare, amicum reddere utitur Papinius 3. Theb. v. 470. *M. Alanus Inſul. in de planctu Nat.*

ſæpiſ-

ſæpiſſimè; *ſummæ de arte prædic. c. 28. quos honeſtis ſermonibus amicare debebas veneno detractionis eis inimicare ſtudes*: *l. 4. anti-Claud. c. 8. inimicum ſi-dus amicat*. Verſificator Lexicus manuſcr.

*Cautus amicat eum, quem munere reddit amicum*
*Si quis amicatur nobis, fit noſter amicus.*

Contrarium *Inimicare* legimus apud *Homt. l. 4. C. ult. Auguſtin. l. Confeſſ. c. 18. Sidon. l. 5. ep. 19. P. Bleſenſem ſerm. 51. qui fideli animæ inimicantur: & M. Alanum l. d. frequenter, inprimis f. 319. a. Edit. Antv. Ex oppoſito, veritati Falſitas inimicans ſtabat attentior.*

47. *Si de maſtrilla illam ſuſtuli.*) De *maſtrilla* ſatis, puto, liquidum feci; ſed nec premendum videtur quod intereà cogitanti & recogitanti occurrit. Fortaſſis Petronius Græcum *ματρυλλεῖον* adhibuit, legendumque *de matrylléo*. Ματρυλλεῖον autem locus *ἐν ᾧ γραῖες διατρίβουσαι ἐδέχοντο τοὺς βουλομένους καταμεθυσθῆναι*, *Suidas*: i. e. ganea, taberna, ubi eſtur & potatur. Specialiùs *Heſychio* *ματρυλλεῖον τύπος τῶν πορνευόντων, τουτέστι πορνεῖον, ὅπου μαστρωποὶ ἦτο, μαυλισαὶ διέτριβον.* & utroque prior *Pollux l. 7. πορνεῖα, οἰκήματα, ματρυλλεῖα.* Utramvis ſignificationem, utramvis lectionem recipiamus, conditio infelicis iſtius Fortunatæ nim. fuiſſe alumnam fornicis, extractamque è lupanari, notabitur.

*hic qui in pergula natus eſt, ædes non ſomniatur.* à contrario ſenſu, *neminem excelſi ingenii virum humilia delectant & ſordida: Sen. ep. 39.*

Præ

# Præfatio, qvam ſub Typographi nomine præmiſerunt huic fragmento, qui id primum Patavii edidere.

MArinus Statileus Tragurienſis, *vir diligens, & eruditus, cum olim poſt abſolutum Juriſprudentiæ ſtudium Patavio reverſus in patriam, offendiſſet in Bibliotheca Nicolai Cippici amici omnibus officiis conjuncti ſibi, antiqvum volumen, in eoque unà cum carminibus Horatii vulgaris exempli, Satyricon Petronii Arbitri; in quo præter ea, quæ de operis hujus auctore circumferuntur, plurima notaſſet nova, neqve in impreſsis legi ſolita, deliberare apud ſe cœpit de ſcripto publicæ literatorum delectationi non invidendo, cum præter antiquitatem codicis, ad pretium inventi conferre plurimum videretur, quod liber Hectori quondam Cippico poſſeſſus putabatur, hujus Nicolai abavo, viro longè doctiſsimo, magnæque inter ſuos auctoritatis, & famæ, quemque tradunt literis & optimarum artium gloria proximum floruiſſe* Coriolano Cippico *conſobrino ſuo ſcriptori elegantis hiſtoriæ De bello Aſiatico, quod Veneti cum Mahomete Secundo Turcarum* Principe *geſſere Petri Mocenici ductu; cujus quidem ſcriptoris honorifica mentio extat apud Palladium Fuſcum in opuſculo De ſitu oræ Illyrici, & apud M. Ant.* Sabellicum *De antiquæ lingvæ reparatione: cumque idcirco ſatis cauſæ habere ſe crederet, ne, quod invenerat contemnendum*

putaret, cum doctioribus quibusque ſuum conſilium, primò in patria, deinde Venetiis, ac Patavii communicavit; ſed inprimis cum Johanne Rhodio profundæ eruditionis, & ſolidi judicii viro. Et quia res viſa omnibus eſt magni inprimis momenti, propter ſingulare auctoris de puritate, & elegantia lingvæ Latinæ meritum, cujus germanum hunc partum ut crederet, multis, atque indubiis argumentis adducebatur: deſtinavit commodiori meditationi curam vulgandi ſcripti, notisque, & caſtigationibus illuſtrandi; ſed quoniam ſuum propoſitum aliis occupationibus diſtentus exequi differebat, cruciabatque ea mora multorum doctorum hominum commotos exſpectatione animos, Venetus ad Summum Pontificem Orator ſuum ei rei ſtudium, auctoritatemque commodavit: quamvis enim graviſſimis urgeatur negotiis, intentaque, & aſſidua mentis agitatione opus habeat, & ut ſuo ampliſſimo muneri, ea, quam omnes in eo admirantur prudentia, conſilio, dexteritate reſpondeat; ſtudia tamen optimarum artium, pulcherrimum ſapienti viro moleſtis à curis laxamentum exiſtimat: utque eſt amantiſſimus literarum, reique literariæ promovendæ maximè cupidus, egit cum Statileo vehementer, ut ſaltem exemplum ejus partis libri, qua Petronius hic Traguriensis ab exemplaribus vulgatis diverſus eſt Romam ad ſe mitteret, quod non tardè, nec operosè obtinuit. Itaque tanti Legati beneficio doctiſſimi cujusque in urbe cenſuræ ſubjectus liber, opinionem ſui, quàm è Dalmatia, Venetiisque ac Patavio attulerat, facilè retinere eſt viſus. Primò, quia antiquitas ſcripturæ ducentorum amplius annorum (quam illi ne-

mo

*mo non tribuit omni illum ſuſpicionē ſuppoſitionis liberat, quod ei ſeculo non adhuc adeo ſubtiliter ſaperent ſermonis Romani lautitiæ, ut hujus auctoris non alia, ne, quam elegantia commendati famam anxiè ac laborioſè aſſuere voluerint lucubrationibus ſuis eruditi viri: Deinde, quod lacunæ pleræq;, & hiatus, quibus laborant vulgati codices, egregiè per hæc ſcripta explentur, & complanantur, & ſicubi in ipſis lacunis verba aliqua pauca, nec integræ ſententiæ extant, hoc ſupplemento ſuis locis aptata, & ſuo ſenſui reſtituta leguntur; idemque accidit de narratione caſus infelicis illius vaſorum artificis, quam à Johanne Sariſberienſi accepimus Petronianam eſſe: cujusmodi etiam eſt eodem auctore porcus Trimalcionis aliis animalibus, atque eſcis gravidus, qui in hoc fragmento lepidiſſimè deſcribitur. Accedit res omnium graviſſima, ſtilus non abhorrens à Petronii charactere: Verum quia hoc ipſum nequaquam perpetuum eſt, nec pauca dictiones occurrunt inſolentes Romanis auribus, ac ſententiæ etiam quadam non usqvequaque Petroniani ſaporis, non nemo eſt qvi dubitat ne id accidat ſcripturæ vitio non ex omni parte germanæ: aliis librariorum culpa eſſe videtur, qui exſcribendo alia ex aliis exemplaria errores erroribus accumularint, notasque fortaſſe in margine librorum inventas auctoris verbis immiſcuerint. Nobis rem in medio ponere conſilium eſt, & judicio legentium integram relinqvere: itaque fragmentum ipſum Statilei ejus inventoris manu diligenter à ſuo veteri exemplari deſcriptum, nudum, & quale ab eodem impetratum accepimus, correctis dumtaxat nonnullis gravioribus*

*ribus orthographiæ mendis, publici juris facere decrevimus; qvo materia præbeatur decoris ingeniis, & hujusmodi lingvæ Latinæ munditiarum intelligentibus, in hoc ſe pulvere exercendi, ſcriptoremqve omnium lepidiſſimum hac etiam ſui parte à temporis injuriis vindicandi. Accipe igitur, humaniſſime Lector, hunc noſtrum qvaliscunque eſt, laborem, & conatum promovendi pro virili parte Latinas literas boni conſule; operisqve elegantiſſimi integritati, quantum licuit, conſultum eſſe pro tuo erga bonas artes ſtudio gratulare.*

JOAN-

# JOANNIS SCHEFFERI, ARGENTORATENSIS

*De*

## Fragmenti hujus Traguriani vero Auctore

# DISSERTATIO.

DE fragmento iſtoc, quod ſub nomine Petronii non ita pridem publicatum eſt Patavii, & dubitarunt multi, antequam in lucem ederetur, eſſetne verus ejus auctor Petronius, uti conſtat ex præfatione ſaltem, quam præpoſuiſſe illi dicitur Typographus, & nunc, poſtquam exiit, dubitare quidam non omittunt. Scilicet qvod Plauto accidit, ut non paucæ ejus complerentur à recentioribus lacunæ, integrique aliquando adderentur actus: quod Ciceroni ipſi, ut neſcio quæ illi conſolatio affingeretur, Vellejo etiam, ut fragmento neſcio qvo, recentioris tamen alicujus redderetur abſolutior, idem ne Petronio evenerit, quamplurimi verentur. Nec profecto metus ille absq; cauſa gravi doctos ſubit animos. Jam primum enim creditu eſt admodum difficile, potuiſſe hoc fragmentum tanto tempore latere in occulto, præſertim apud viros doctos, & amantes literarum, quales Nicolaus Cippicus, Abavusque ejus, Hector Cippicus Typographo Patavino memorantur. Neq; enim tam ignotum illo quoqve tempore Petronii fuit nomen, aut quæ ipſi prodita ſunt in ſatyrico, tam levia, & ingrata, ut



Digitized by Google

ut à viro etiam mediocriter inſtructo literis potuerint contemni. Sed nec ea, tum præſertim, per Italiam vicinasque terras hominum eruditorum fuit oſcitantia ſegniciesque, ut, ſi quid haberent, maximè Latinas pertinens ad literas, id temerè negligerent, ac ne verbo quidem apud alios laudarent. Deinde quam ſuſpectum, qvód non manuſcriptum ipſum, unde captum hoc fragmentum dicitur, ſed ejus tantum aliquod apograghum Romam mittitur, Legatoque Veneto, ut in præfatione ſupra memoratus ait Typographus, communicatur? Ergo nihil valuit amicitia Statilei apud Cippicum, nihil Legati, & Legati Veneti, & tam ſtudioſè appetentis hoc fragmentum, apud Statileum dignitas auctoritasve? Cumque nihil magis fidem facere dubitantibus potuiſſet, quam liber ipſe, ante ducentos amplius, ſicut ajunt, ſcriptus annos, qvid ita tenuere ſuſpenſos per apographum illud, & non monſtrata charta, ſcriptione, literis, ſimilibusque, dubium inſpicientibus exemerunt omne? Adde, quod id ipſum, quicquid tandem eſt, ad quod excuſum hoc fragmentnm fuit, tam religioſe ſit ſervatum cuſtoditumque, quod ex viris fide dignis in Italia degentibus ad nos perlatum eſt, ut id nemini conceſſum fuerit inſpicere vel arbitrari. Sed hæc forſan invenirent excuſationem aliquam, niſi ſcriptum ipſum ſeſe proderet. Quam enim multa ſunt, *non usq; quaq; Petroniani ſaporis*, ſicut ipſi ejus editores coguntur fateri? Talia *abſtinax*, pro quo Petronius in vulgatis habet *abſtinens*, *Fatus* maſculinè, pro quo ipſe ſemper *fatum*, neutro

neutrò genere. *Cælus* pro qvo ille *cælum*. *Nervia*, pro qvo idem *nervos*, *Vaſus*, pro quo ipſe *vas*. *Lorus*, pro quo *lorũ*, *Moleſtare*, pro quo *moleſtus eſſe*. *Gaudimonium*, pro quo *gaudium*, &c. Adde his, quæ licèt apud eum aliis reddita vocabulis non legantur, tamen alia, quam ut iis uti Petronius voluerit, videntur. Qualia ſunt *laniones*, *urceatim*, *laniſticius*, *deſomnis*, *urnalis*, *offla*, *cultrum*, *larifuga*, *pedicellum*, *dignitoſus*, *occupo*, *corporaliter*, *manuciolum*, *vaccato*, *capſella*, *debatuere*, *fulcipedia*, *coricellum*, *naufragare*, ad id genus. Nec in ipſis formulis locutionibusqve non ſuſpecta poſſunt eſſe multa, ut, *non impropero*, *omnia ad ſe fecerunt*, *de lucerna*, *te perſvadeam*, *de præſentiarum*, *in ſinum illius demandavi*, *ab oculo*, aliaque. Habes quoqve multa hic antiqua, quorum aliàs non ita ſtudioſus eſſe Petronius videtur: ut, *hoc illoc*, *berbix*, *ſtips*, *frunitus*, *plodo*, *bovis*, *ſcia*, & ſimilia. Quid dicemus de illis, quæ quis crederet aperte ſumpta ex aliis, iisque poſterioris ævi ſcriptoribus? ut, *fundos habet, qua milvi volant*, quod legitur apud Juvenalem Sat. IX. *frigori lacaſin dicit*, cui ſimilia habet Martialis lib. II. 5. *animam ebullit*, quod eſt Senecæ in Apocol. *toga perverſa proſeqvi*, quod ejusdem, atque ejus unius eſt, in de Ira I. cap. 15. neque usquam aliàs occurrit. Amplius & conſiderationem meretur, quod quæ verè ſunt Petronii, ſine modo hîc occurrant. Dicit ſemel iterumque Petronius, *ad ſummam*, id ocgeritur hic paginis ferè ſingulis. Similiter illud *rogo*, quotiens eſt reperitum? *Rogo magiſter, qvid putas? Rogo, men-*



Digitized by Google

*ſis December eſt? Rogo, vos oportet credatis. Rogo, inqvit, Habinna. Rogo Habinna, puto interfuiſti.* Talia obſerves & in aliis. Quid, ſi formula nonnulla placuit, qvoties ea & ad faſtidium repetitur? ut: *Piper, non homo. phantaſia, non homo. diſcordia, non homo.* Quæ quis ſibi facilè perſvadeat ſic iteraturum fuiſſe Petronium, non utique nugacem. Sed hæc ſingula: conferamus univerſa. In qvibus qvam ſunt omnia inæqualia, quam inter ſe diverſa? Interdum incedit politè, ut planè referat Petronianam faciem. Mox ad horrida & aſpera delabitur. Eſt ſæpe, ubi ad ridicula, & trivialia, & ſordes prôruit. Nolo afferre fabulas de Ulyſſe, Sybilla Cumana, Diomede, & Ganymede; & Helena, & farinæ hujus alia. Qvid eſt qvæſo in Trimalcionis conliberti cum Aſcyltô contentione, qvod qvem valdè posſit oblectare? quam ibi multa frigida ſunt abjectaque? Poſſemus hujus generis afferre alia, ſed ſunt obvia, & facilia deprehenſu. Ad poſtremum ne in rebus quidem ipſis ſunt non multa, quæ ſuſpicionem præbeant multiplicem. Ut quæ memorat *de lingva canina, de laribus bullatis, loco libertino, prætorioque, phacaſiis auratis, carne urſina*, & non paucis aliis. De quibus diu adhuc cogitandum, qvando pleraque aliis ſunt ignota. Neqve vero ambigendum eſt, qvin hîc plurima occurrant neqve ſatis integra, neqve ſic, ut poſtulabat ratio, excuſa. Sed miretur aliqvis, nec id injuria, quare viri docti, qui fragmentum iſtoc deſcripſerunt, cæteriqve, qui Venetiis Patavíiqve judicium de eo tulere ſuum, tam cor-

Digitized by Google

orrupta manifeſtè, ac ob id non modò neceſſaria
mendatu, verum ſæpe & facilia, ſingulis ferè
erſibus voluerint relinqvere. Nam ſi eò dicas fa-
ɔum, ut ſcripturæ codicis antiqvi ſua magis con-
taret auctoritas, haud ſanè video, qui non æque
pené id potuerit, plerisqve iſtis emendatis. Po-
ius exiſtimet nonnemo, affectata & conficta
ſponte iſta vitia fuiſſe. Atque iſthæc quidem ſunt,
& alia fortasſis, quæ in mentem cui venire ad Pe-
tronio abjudicandum hoc fragmentum poſſe vi-
deantur. Adverſus quæ, qui ſtatuit contraria,
dixerit fortaſſe, non inſolitum videri, ut laterent
olim lateantque etiamnum hodiè apud doctos,
quibus quæ in hoc illove deſiderantur ſcriptore,
posſint expleri. Symmachi epiſtolas nonnullas e-
didit non ita pridem Schoppius. Chariſii lacunas
non paucas explevit Andreas Schottus. Livii
ipſius aliquod fragmentum ante annos hoſce
qvinqvaginta Romæ publicatum accepimus. Ne-
qve obſtat, quod ſint docti, qui poſſederint hæc
talia, posſideantve. Sunt enim nonnulli alieni ab
his literis; alii vocabulum ejusmodi librorum
ſcire contenti, ſcripta inſpicere ipſa, & conferre
cum editis non ſuſtinent, cum & moleſta ſit Ma-
nuſcriptorum lectio, collatio illa tædioſa. Ita
fit, ut aliquando, qui hæc talia in bibliothecis ſu-
is habent, ipſi ſe habere ignorent. Alii invidia
quadam agitantur, dumque nolunt aliis commu-
nicare, edereque ipſi famæ ſtudio ſuſcipiunt qui-
dem, ac negociorum aliorum interventu de die
in diem differunt, ſummo talia ſilentio arctisſima-
que



Digitized by Google

que apud ſe cuſtodia conſervant, atque ſimul tineis interea pabulum lætisſimum adornant. Sed nec Manuſcriptum ipſum, qvo de agitur, mitti Romam aut Venetias tutò ſatis potuit, per incerta maris, & periculoſa itinerum, cum præſertim illo ſemel amiſſo ſupereſſet nihil, qvo incertis ambigentibusque poſſet ſatisfieri. Jam quod illa attinet, qvæ neqve in Petronio, nec aliis ex veteribus occurrunt, qvis ex eo ſatis colligat, nunquam iſta ſic fuiſſe uſurpata. Quam enim multa ſunt in Cicerone ipſo rara, de qvibus nemini, opinor, crederes, niſi legi apud ipſum deprehenderes: ut *dimetiti*, pro, *dimetati*, *etiam* pro, *ita*, *juratus eſt*, pro, *juravit*, *ſucceſſa cui velle omnia*, *putisſimus*, *præmoleſtia*, *partior* pro, *dividor*, *obiratus*, *involatus*, *agricultio*, aliaqve plura, de qvibus integrum qvondam ſcripſit librum Statilius Maximus, qvem *Singularia Ciceronis* nuncupavit. Talia occurrunt qvoqve apud cæteros notæ optimæ ſcriptores, nec eſt ferè qviſqvam, qvi non aliqva generis hujus habeat. Adde, quòd in multis, occurrentibus in hoc fragmento, lex analogiæ non repugnet. Item, quod reperiantur apud alios, Philoxenum cumprimis, cujus pæne omnia vocabula è probatisſimis ſcriptoribus deſumpta facilè convincunt, qvæ in ipſum viri docti pridem annotarunt, & adhuc notare poſſunt, atqve ob hanc cauſam pluris, quam nonnulli ferè exiſtimant, auctoritatem ejus fieri oportere. Neqve ſeqvitur, ſunt aliqua in hoc fragmento, quorum dari nulla poterunt exempla, quando de his judicandum fuerit ex cæte-

Digitized by Google

eteris. Maximè cum ipſe Arbiter in eis, quæ
int fidei indubitatæ, habeat ignota ferè aliis;
t ſunt, *abſentivus*, *acceptatus*, *chiragricus*, *cir-
umtumulatus*, *clinare*, *conſpaciantes*, *domefacere*,
*uſtatio*, *veſticontuberium*, *ſupellecticarius*, & alia
ujuſmodi. Quæ etiam eſt cauſſa, quòd delecta-
am eum novitate, viri eruditi teſtentur. Sed vi-
entur quædam manifeſtè capta ab ætate juniori-
ius. Ad hoc diceret nonnemo, anceps valde lu-
oricumque eſſe id conjicendi genus. Annon e-
iim ea, quæ in iſtis junioribus ſolummodo legun-
ur hodie, uſurpata eſſe poſſunt & vetuſtioribus?
Quam enim multi optimorum ſcriptorum perie-
re libri, in quibus iſta non fuiſſe lecta, quis
eſt quæſo, qui auſit certò confirmare? Habe-
mus apud Juvenalem *tot miluos intra tua prædia
laſſos*. Verum id alluſione dictum ad proverbium,
*quantum milui volant*, docet nos non contemnen-
dus Perſii Scholiaſtes, qvi Perſius id ipſum uſurpa-
vit ante Juvenalem. Jam ſi ex proverbio id uſur-
pavit Perſius antiqvior Juvenale, cur non Arbi-
ter Perſio antiqvior id uſurpare potuit ex prover-
bio eodem? Qvod vero non ſunt omnia æqvalia,
id dicat quiſpiam non modo non vertendum vi-
tio, ſed ponendum etiam in laude. Primum enim
aliæ aliæq; ſunt perſonæ, qvæ loqventes hîc intro-
ducuntur, qvibus unum genus attribuere oratio-
nis inconveniens indecorumqve erat. Sunt liberti
quidam, ſunt lapidarii, ſunt coci, & id genus alii
ex vulgi fæce, quibus niſi fallor, culta caſtigataqve
oratio parum aptè affingitur: quando hi plebeja,
& hu-

Digitized by Google

& humilla, & trivialia plerumque loqvuntur. Qvò fortasſis pertinet & benè larga illa copia proverbiorum, quæ eſt in ſermonibus eorum ac colloquiis. Ea enim ſunt, quibus velut ornamentis excolunt plebei dicta ſua. Sed & antiqua pluſcula eo reſpectu poſſunt hîc eſſe uſurpata, quando plebs retinentior eſt ferè ſermonis antiqui, nec niſi ſero, quem cæteri arbitrantur, cultum adhibere addiſcit. Neque id officere cui videatur ad fragmentum hoc Petronio adtribuendum, quod diverſa ſint nonnulla, quæ in editis prioribus leguntur. Nam cum ibi ferè diſſerant mulieres impudicæ, ac laſcivi juvenes, debebat ſanè oratio eſſe comptior, cum hoc genus ante omnia orationi ſtudeat, facundiamque inter inſtrumenta promovendæ artis ſuæ numeret exerceatque. At in noſtris ſunt pleriq; omnes adulti, atq; in negotio longè alio ac disſimili occupati. Qvæ res obſervationem hic videtur promerere maximam. verſantur enim in convivio, ubi luxu cuncta diffluunt: indulgent vino, poti ebriiqve ſunt, quales qui concinne decoreq; facit loqvẽtes, is qvod maximè in ipſis eſt decorũ, prætermittit. Atq; ex hoc vitio potationis eſt, quod de rebus nihili inter ſe contẽdãt, inq; contentione ipſa magna, parva, ſeria, inepta, cuncta deniq; inter ſe permiſceant ac confundant. Accedunt alia quædam, ut imprimis ineptũ, ſtultæq; oſtentationis plenum Trimalcionis ingenium, cui ex toto ridiculæ illæ fabulæ, quæ ſuperius commemorantur, matheſeosq; ac rhetorices ſtolidiſſima jactatio debent asſignari. Habinnas eſt

ſer-

ervilis, malleoqve ac fabrilibus tractandis ferra-
ientis, qvam civilitati aptior. Sed nec cæteri meli-
res, ut exigere ab ipſis comptiora, neſcio an æqvũ
t. Atqve eadem videri cauſa poteſt, cur non et-
am in rebus ipſis, conſvetudinibusqve ſicut vulgo
iotæ nobis ſunt, omnia conveniant. Cum præ-
ertim hæc fingantur geri non in urbe, ſed Colo-
nia, non ſatis ſcio qua (Neapolim nonnulli ſuſpi-
cantur) ubi non neceſſe eſt, ut fuiſſe omnia Ro-
manis moribus conformia putemus. Qvid? quod
ipſis etiam in Romanorum moribus necdum o-
mnia ſint obſervata, qvotidieqve illa eruditionis
pars amplificetur. Et quia in colonia finguntur geri,
ideò fortasſis ſunt adhibita non pauca ex ſermone
Græco deſumpta, maximè cùm loqvuntur ii, qvi
ſunt gentis non Romanæ, Talia ſunt *ſaplutus, cata-
phagi, bacelogia, lecbaſin*, & id genus alia, numero
non exiguo. Nam qvod qvædam ſunt hîc ſic cor-
rupta, ut intelligantur facile illorum vitia, id acci-
dit & aliis ſcriptoribus, & alicubi apud noſtrum
non tam deſcribentinm, qvam Typographi errore,
omittentis, malève repetentis litteram in fine, vel
initio vocabuli, eveniſſe poteſt. Cæterùm ut iſta
in utramqve partem dici fortè qveunt, ita neſcio,
an, ſi excusſis omnibus res tandem ipſa ſit defini-
enda, qvis negare auſit, aliqva, nec ea pauca hic
extare, verè docta, nec Petronio indigna. Huc
imprimis refero, qvod habet de arenæ ſparſione
in theatris, de vitali lecto, jejunio ſiccitatis tem-
pore, lanatis deorum pedibus, tertiario gladia-
tore, exhæredatione cum elogio, Priapo cum
fru-

Digitized by Google

frugibus in ſinu, Venere ſtrabone, ac ſimilibus. Nec in dictione minus ſunt polita multa, elegantia docta. Ut, *unus ſervus*, pro, *aliquis*; *usque hoc*, pro, *hucusque*; *poſitus ſuper hoc officium*, pro, *conſtitutus*; *ſubſeſſores*, pro, *venatores*; *confeſſus Euchium*, pro, *referens cum habitu*; *ſecum tulit tot annos*, pro, *vixit*, & id genus plura alia. Nolo integras afferre formulas, connexionesqve nihil ab antiqvis, etiam probatisſimis ſcriptoribus recedentes. De proverbiis ſaltem dicam, in quibus plerisqve non opinor fore qvenqvam, qvi ſincerum contineri vetuſtatis guſtum non ultro intellecturus ſit, etſi prorſus pauca eorum doctis viris ante fuerint notata. Qvibus omnibus efficitur, ut non ægre patiamur perſvaderi nobis, eſſe in fragmento hoc aliqvam multa, non habentia alium, qvam Petronium auctorem, atque ſi qvis præter eum eſt, qui illa inter ſe connexuit, eum longè plura, qvam qvæ nobis hactenus innotuerunt, reliqua ex Petronio habuiſſe. Quod ſi foret certum, ut fragmenti hujus editores tradunt, codicem, unde primum eſt tranſſumptum, annos ætate ſua exercere ducentos, forſitan & longius iremus. Eſt enim omninò verum, illo tempore vix extitiſſe, qui has tales Romani ſermonis ſvavitates vel intelligerent ſatis, vel imitari peritè poſſent, vel ſi poterant, decipere figmentis hujuſcemodi vellent alios, nondum ſic in dignitate conſtituto ſermone Latino, ut ſequentibus temporibus eſt factum. Nunc ſententiam priorem ut cenſemus tutiorem, ita fidem facilius apud rerum iſtiuſmodi peritos vix ambigimus inventuram. Sar ` :e id quidem pe-

nitus

nitus negari poteſt, qvod adducnnt editores illi de hiatibus expletis, complanatisqve lacunis, quæ in pridem divulgatis Petronii occurrebant. Quin imò & lectiones qvædam diverſæ pretii ſunt quantivis. Ut exemplo utar, eſt in editis, *ut putares Darium hyraule cantãte pugnare*, quod interpretes in univerſum omnes torſit. At hic legitur, *ut putares eſſem Darium*, unde doctè ac ſagaciter, ut omnia, Cl. Gronovius reſtituit, *putares aſſedarium*, qua lectione nemo eſt, qui non intelligat locum deſperatum pulchrè eſſe reſtitutum. Ita in vulgatis legitur, *pipemto vitello pipemtum*, at in hoc fragmento, *pipemto vitello circumdatum*, quod haud dubiè eſt meliùs. Qvis enim ferat illud, *pipemto piperatum*, ingratiſſima repetitione atque ſenſu penitus inepto. Ad eundem modum credo fore neminem, cui non videatur aptius, *vertebræque laxatæ*, quam ut fuit hactenus, *locatæ*. Nolo cætera afferre, quando de quorundam lectione poteſt eſſe dubitatio, quæqve receptorum loco hîc occurrunt, ipſa quoqve ſunt corrupta. Sed nec qvæ de vitreorum tenacisſimorum hîc artifice habentur, magnificè attollam. Quanquam ea Sarisberienſis conſvetudo ſit, ut bona fide aliorum pleraqve, ipſis etiam retentis verbis, transferat in ſuos uſus. Cujus rei ſi qvis teſtimonium requirat, matronæ Epheſinæ factũ ex hoc ipſo deſumptum apud eum legat, & cum Arbitri narratione conferat. Neque multum diſcrepet etiam Iſidorus, eandem memorans artificis prædicti hiſtoriam, ſiqve habet, ubi contra Sarisberienſem convenit cum noſtro, ea fere meliora ſint,

ſint, & à Sarisberienſe malè immutatata. De fragmentis ſaltem cæteris monebo, qvæ in editis Petronii hucuſqve ſeparatim legebantur, videri ea tam opportunè ubiqve hic occurrere, nt in illis ipſis locis nata, non ingenio ſtudiove inſerta facilè intelligantur. Ad poſtremum tota fragmenti hujus oeconomia non repugnat vel ingenio Petronii, vel inſtituto. Si præſertim, quod perſvaſum pridem viris doctis eſt, pars multò maxima Satyrici in Neronē eſt directa: cum non pauca ejus vitia docte ac ſubtiliter notata deprehendet hîc, qvisquis inſpicere intimius examinareqve volet. Sed hæc hactenus, neqve fine alio, quam ut noſtrum liberè judicium de fragmento iſtoc depromendo libertate illa provocemus libertatem aliorum, id eſt, ſi erravimus, qvod fieri facillimè potuiſſe non inficiamur, ab aliis deducamur in viam, doceamurqve rectiora. Qvando non cuivis datum omnia perſpicere, minimè verò nobis, qni propterea noſtrum hoc judicium alii doctiorum ac exercitatiorum jure meritoqve ſubjicimus.

JOAN-

# JOHANNIS SCHEFFERI,
## ARGENTORATENSIS.
## NOTÆ.
### I.

E*Xpectatio liberæ cœnæ*) quia illo die tertio expectabatur libera cœna. Sed quænam eſt hîc *cœna libera*? num, quam accipiunt, qvi hactenus fuere captivi? Sic conjectare licet ex ſeqventibus, in qvibus mentio vulnerum, & fugæ. An, in qva liberiùs & ſolutiùs vivitur? quomodo Plautus *liberas ædes, liberum locum* in Caſinæ III. ſc. 2. & ſeqq. (adde Pſeud. V. ſc. 2. v. 2. Pœn. III. ſc. 3. 25. & 44.) Propertiuſqve *liberum* vocat *togam*? Conſule & Lampridium in Heliogabalo, capite ii.

*Unus ſervus*) optimè, pro, *quidam, aliquis*. Cicero XV. epiſt. 16. fam. *Qvanquam, quicum loquor? cum uno fortisſimo viro, qui poſteaquam forum attigiſti, niſi plenisſimum amplisſimæ dignitatis*. & in 1. de Or. *Sicut unus paterfamilias his de rebus loquar*. Plaut. Moſtell. III. ſ. 2. 147. *Iterum jam ad unum ſaxum me fluctus ferunt*. Infrà circa finem. *Unus præcipuè ſervus libitinarii*. Adde Scioppi Animad. in Voſs. §. 51.

*Apud quem fiat?*) Non placet punctum interrogationis. Potius ponendum poſt, *qvid*, videtur. Qvid, ait, deliberatis ita? Scilicet vos neſcitis, apud quem fiat. Illud *fiat* accipiendum arbitror de cœna, repetenda ex ſuperioribus. *Fit cœna*, contrarium eſt τῦ *facit cœnam*, quod habet Plautus in Caſin. III. ſc. 6. *Ego jam intus ero, facite mihi cœnam*. & Ci-

 cero

cero lib. IX. ep. 24. *Obliviſcare cœnulas facere.* Martialis II. de Selio: *facta eſt jam tibi cœna.* Τῷ *fieri* ſic abſolutè uſus & Terentius in Phormione A. II. ſc. 2. Verba vulgo ita habent:

*Tene aſymbolum venire, unctũ, atq; lotum è balneis,*
*Otioſum ab animo? cum ille cura & ſumptu abſumi-*
*Dum tibi ſit, quod placeat.* *(tur,*

Sed Janus Gulielmus in Plautinis Quæſtionibus ad Captiv. c. 4. *Membrana Verdenſes habent; dum tibi ſit. Verbo non multum, ſententia permagna elegantia accedit. FIERI, in conviviis, cum deliciæ inſtruuntur. Plaut. Trucul. Mane, jam aliqvid fiet.*

*Subornatum*) ad hoc inſtructum, ut buccina det horæ ſignum. Optimè. Cicero. 1. de Leg. c. 22. *intelliget, quemadmodum à natura ſubordinatus in vitam venerit.* i. e. inſtructus, paratus. Simplex, pro compoſito *ornatus*. Tertullianus in de Præſc. *Ipſa denique hereſes à philoſophia ſubornatur.*

*Diligenter obliti*) verè Petronianum. Sic enim ſtatim ab initio: *ſed nec viam diligenter tenebam.* Martialis lib. VII. 26. *O quam Regule diligenter erras.*

*Tuentem*) expedientem, obeuntem. Cicero X. ep. 11. *Quod reliqvum eſt, tuum munus tuere.*

*Usqve hoc*) optimè, pro *hoc uſqve*. Vulgo ſcribitur, *hucusque*, quia *hoc* & *huc* promiſcuè dicebant veteres. Vide Virgil. VIII. Æn. v. 423. ibique Servium. Nempe ſicuti uſurpabant *uſque quo*, & *quo uſque*. Eſt autem genus ellipticum, intelligendum *ad*, & *tempus*, ut ſit plenè, *uſque ad hoc tempus*. Cicero de Inven. II. *Ab ultimo principio hujus præceptionis uſque ad hoc tempus.*

In-

Digitized by Google

*In balneo ſequi)* Etiam hoc optimè, & planè ex conſvetudine Petronii. Ut in pridem editis: *ad reficiendum ignem in vicinia cucurri.* Et in noſtris, infrà: *voca cocum in medio.* item: *vetui in hoc diverſorio quenquam admitti.* Phædrus noſter lib. V. c. 2. *in conſpectu meo audet venire.* Ubi vide, qvæ notavi.

*circulis ludentem)* Adſcripſerat ſuo codici Nobiliſs. N. Heinſius, *ludentum*, qvod ſine dubio eſt rectum.

*prasina)* corrige, *ſparſina*, vel *ſparſiva*, uti habent vulgati.

2. *cubitum ponitis)* Mallem, *ponetis*. *Cubitum ponere* eſt idem, ac cœnare, quoniam cœnantium is fuit habitus, ut poſito cubito ſe erigerent pauliſper, atqve ſuſtentarent. Unde infra, *repoſui cubitum*. *Premere cubitum* dixit Horatius I. Car. od. 27.

*Et cubito remanente preſſo.*

*& quidjam)* Scribe, *& quid? jam.* Ita ſupra: *Et quid? vos, inquit, neſcitis.* Sic enim legendum dixi.

*& jam non loquebatur)* Perperam. emenda; *etiam nunc loquebatur.* Terentius in Eunucho. *Etiam nunc hic ſtas Parmeno.*

*Trimalcio hoc ſuum propinaſſe dicebat)* i. e. dicebat, ſe ipſis propinaſſe hoc vinum ſuum. Vocat *ſuum*, quia ipſe tali, nec alio utebatur. *Dominicum* eſt alio loco apud Petronium. *Propinaſſe*, poſitum eſt abſolutè, ut in illo Martialis:

*Cœnat, propinat, poſcit, negat, invitat.*

*libellus)* tabella. Sic uſurpavit Seneca de Benef. IV. c. 12. *Suſpenſum amici bonis libellum dejicio.*

*Dominico juſſu*) Domini juſſu. Sic Columella. IX. præf. *Subjecta dominicis habitationibus ponebat vivaria.*

*In argentea.*) Sic habet Codex noſter omiſsô *lancæ*, qvod eſt in vulgatis, nec abeſſe debet.

*Romam intrabat*) vulgati habent *tenia*, quod ſunt, qui probant, quia hic reſpiciatur ſenatusconſultum, qvo *ſtatutum aureum Minervæ ſimulacrum in Curia, & juxta Principis imago*, ſicut refert Tacitus: reginæ quoque ambulare ſolitæ, tæniis ductis à ſpadonum vel juvenum grege. Sed hos ego non intelligo. Ecquid enim volunt iſta, *tæniis ductis*? quid eſt, *tænias ducere?* num tenebant illas tænias reginæ? non exiſtimo. ſpadones hoc faciebant, iisque ducebant reginas. Quas ſi referre debuit hoc loco Minerva, illa ducenda fuit à Trimalcione. At hîc contra fit. Minerva ducit Trimalcionem, cujus nulla intelligitur aptè tænia. In libro Puteani *tema* legitur cum ſuperſcripta lineola, quam puto eſſe indicem proprii nominis, & mox, *vitabat*, non *intrabat*. Qvare ſuſpicor, lectionem eſſe veram, *romam itabat*. Fuit nempe primo conjunctim ſcriptum, *romamitabat*, inde factum, *roma mitabat*, poſt *rema vitabat*, & *tenia vitabat*.

*in medio*) vulgo legunt, *in medica*, Scaligerumque ajunt probare. Vellem ſcire cauſam, nam Scaligerum quidem ipſum hactenus non vidi. Mihi potior Wouverii ſententia, qui de porticu accipit hunc locum, atque *media* legit.

3. *ac lenatis gladiatorium munus non licebat multitiam conſiderare.*) Hæc prodigioſa ſunt, nec emendatu

datu facilia. Suſpicor nihilominus, ſcripſiſſe noſtrum: *ac lava, bis gladiatorium munus. Non licebat multa etiam conſiderare.* Continuat atrienſis verba ſua, & poſtqvam de Iliade ac Odyſſea picta memoraſſet, pergit, inque leva porticus parte ait cerni bis pictum munus gladiatorium, quod à ſe danum, credo, Trimalcio memoriæ cauſa ibi jusſit depingi, pro illorum temporum conſvetudine, de qua dico in opuſculo *de Pictoria.* Niſi mavis cum Cl. Gronovio inſiſtere tenacius lectioni veteri, legereque, *at Lanatis*, & accipere de munere nonnemini ſic appellati. Cum Lænatis Conſulis ſit mentio apud Ciceronem III. de Legibus, alibi quoqve crebro nomen hoc occurrat. Subdit poſtea Encolpus, non fuiſſe ſibi tantum temporis, ut hæc omnia ſpectare poſſet diligentius. *Multa conſiderare* dictum eſt, ut apud Virgilium, *multa reluctari.*

*— — — & ſpiritus oris*
*Multa reluctanti obſtruitur — — —*

ait IV. Georg. Ubi Servius: *multa, pro multum, nomen eſt pro adverbio.* Mallem ego genus dicere ellipticum, integreqve eſſe, *ad multa negocia usqve*, vel, *ad multa tempora usque*, cum ne *multum* quidem ſit adverbium, quod abunde Schoppius in Paradoxis comprobavit. Illud *etiam* reſpicit ſuperius, *non deſtiti perſeqvi parietem*, celeriter videlicet ac curſim perluſtrando. Vult enim, etſi ita perluſtrarit, conſiderare etiam ſingula cum cura haud potuiſſe. *De conſiderandi* voce dixi alibi ad Phædrum.

*Ambulum.*) Ita Codex noſter. In vulgatis *embolum*



Digitized by Google

*lum* ſcribitur. Dicam hac de re nonnihil amplius in Curis ſecundis librorum de Militia navali.

*CN. POMPEIO*) Editi ac Mſs. omnes habent, *G. POMPEIO.* Vellet ſanè altero modo Duoſa in Præcidaneis, ſed fruſtra eſt. Vide qvæ notabo in ſeqventibus.

*diſtingvente bulla.*) Malè in Editionibus, qvotqvot ego vidi, verba iſthæc commate ſeparant à præcedentibus. Mallem ego dividere puncto, quia non cohærent. Nec enim *pictas notabantur* quisquam dixerit.

4. *ſuper hoc officiũ*) Optimè ita Curtius lib. VI. *Nobili juveni, ſuper armentariũ poſito ſignificat.* Sic infra.

*ſine dubio*] Verè Petronianum. Alibi in jam editis: *Sine dubio non repugnaverat puer.* Senec. ep. 99. *Sine dubio multum philoſophia profecit.*

*in precario*) Sic veteres pleriqve omnes, ex qvo fecerunt, *in præterito.* Sed ſcribendum eſt junctim *inprecario*, eſt enim adverbium ab *in* & *precario*, in quo *in* adjectum auget ſenſum & atollit, ſicut fit in aliis. Vult, multis precibus oraſſe atrienſem. Cicero ſic uſus eſt ſimplici in Verrina V. his verbis: *Quo tempore in tanta inopia naviũ, tantaq; calamitate provinciæ, etiamſi precario eſſent rogandi, tamen ab his impetraretur.* Precario rogare Ciceronis, eſt Noſtri *inprecario deprecari.*

5. *inter cervicalia*) Præfero hanc lectionem vulgatæ, in qva eſt *in cervicalia.* Nempe vocis *inter* ſyllaba poſterior, à ſequentis vocabuli prima ob ſimilitudinem litterarum eſt abſorpta. Sanè nemo ponebatur in cervicalia; non hic eorum uſus, ſed ut

Digitized by Google

ut ſuffulcirent caput ac cervicem, circumpoſita, non ſubjecta. Unde Martialis lib. III. in Zoilum.

*Effultus oſtro, ſericisque pulvinis*.

optimè *effultus*, ut de eo, qui eſt inter eos, non qui ponitur in eis.

*munitiſſima*) Scribe, *minutiſſima*, ut eſt in editis.

*excluſerat*) Etiam hæc lectio præſtantior videtur. Quomodo enim *adraſum* videre poterant caput, ſi id incluſerat? Ergo potius habebat exertum pauliſper extra pallium, quod in medio cervicalium ambientium & palli purpurei nudum ac pæne calvum non potuit non ridiculum videri. *Excluſum* tali ſenſu adhibuit & Seneca, de Mecænate agens: *ſic apparuit, ut pallio velaretur caput, excluſis utrinque auriculis*.

*abſens more vobis*) Hæc quid ſibi velint non excogito. Continent fortaſſe cauſam, quare necdum venire voluerit. Et quia non intelliguntur, etiam ab aliis omiſſa ſunt. Gronovius, vir ſummus, cenſet, iſta verba alieno loco eſſe intruſa, illudqve *abſens*, ex gloſſa vocis *abſentivus*, natum, atqve ideo cuncta eſſe ſic legenda, *nondum mihi ſuave erat in triclinium venire, ſed ne abſentivus mora vobis eſſem, omnem voluptatem mihi negavi*. Quam correctionem judico doctiſſimam.

*Omnium textorum dicta*) Sunt & hæc deſperatè mendoſa. Illud *dicta* vulgati non agnoſcunt. Pro *textorum*, alii habent *teſtorum*, alii *teſtarum*, qvod ſunt, qui ita ſupplent ac corrigunt, *omnium numerum teſſerarum*: alii ita: *omnium agmen teſtorum*. Verùm manent adhuc depravata. Quid ſi ſcribatur, *omn*

*omnium teſtorũ electa?* nam omnino non de teſſeris, ſed ferculis ſermonem puto eſſe, de quibus anteceſſit, cùm propter illud *conſumit*, quod ad ludum teſſerarum non ſatis apte poteſt accommodari, tum propter vocem *teſtorum*, quæ & aliàs noſtro vas, ſervando igni, cui deinde cibi imponantur. Sic enim alio loco: *animadverto Enotheam cum teſto ignis pleno venientem.* Et hic anteceſſerat de tomaculis ſuper craticulam ferventibus. Poſtremo & *electa* noſter dixit alibi, ſelectiores melioresqve cibos, *res*, inquit, *electiſſimas ridentes aggredimur.* Ut ſint *electa teſtorum*, optimum ac delicatiſſimum quodq; ferculorum, quod erat teſtis impoſitum. Sed de hoc alii judicent.

6. *in qvo*) Nota; *corbem* maſculinè poni. Vulgo habent, *qua*, neſcio, annon vitio correctorum. Nempè rariùs hoc genere reperitur. Legas tamen apud Priſcianum, & alios.

*quales, quæ incubant ova*) vulgo, *quales eſſe ſolent, quæ incumbunt*, Puto, noſtrum eſſe præferendum. *Incubant* habetur etiam in aliis codicibus, ut notavit Patiſſonus. Varro lib. III. c. 9. *Quæ velis incubet, negant plus viginti quinque oportere ova incubare.* Et paulò poſt: *ova, quæ incubantur.*

*non minus ſelibras*) placet hæc ſcriptura, præ vulgari *ſex libras*. Scio, quid hic alii de exaggeratione joculari notent; verùm cur in hoc jocetur noſter, cum ſeverus ſit in cæteris, non video.

*vitello circumdatam*) vulgati, *vitellio piperatam.* Sed videant alii, an concinnum ſatis ſit, *piperato piperatam.*

*Subinde*)

*Subinde*) Deinde. Petronianum verum. Sic enim & in editis. *At ſubinde, ut in locum ſecretiorem venimus, centonem anus rejecit*. Atque ita locis aliis.

*qui arenam*) An legendum, *quis*? ut eſſet *queis*, vel *quibus*, referreturque ad præcedens, *utribus*. Malo retinere lectionem vulgatam, & referre ad *Æthiopes*, non qvòd genere tales ſemper eſſent, verùm vultu facieqve, qui hoc negocium conficiebant, peruſti ſcilicet coloratique multo ſole. Plautus agens de eadem re in Pænulo A. V. ſc. 5.

*Ita replebo atritate, atrior multo ut ſiet,*
*Quam Ægyptii, aut qui cortinam ludis per circum ferunt.*

*ſpargunt*) aquam ſcilicet, quam in iſtis utribus habebant contra pulverem caloresqve. Verbum eſt ſolenne in hoc negotio. Plaut. in Fragm. Incert. *Exi tu Davo, age, ſparge*. Hinc Salluſtius apud Macrob. II. Sat. 9. ubi de cœna Metelli. *Simul croco ſparſa humus*. & in lege 4. ff. de his, qui not. inf. *Xyſtici, agitatores, qui aquam equis ſpargunt*. Adde Lipſ. in Amphit. Item Phædrum noſtrum lib. II. c. 6. & Svetonium in Cajo cap. 43. Utitur & alibi noſter. ut: *Hoc credulisſima anus ſpargi ſubinde humore feminam meam*.

*dedere in manus*) Celſus ad eundem modum lib. III. cap. 15. *Si minus, miſta his aqua in alvum datur*. Illud *in manus* placet noſtro etiam alias. Ut paulo antè: *pueris Alexandrinis aquam in manus nivatam infundentibus*.

*Eqvum inquit, Mars amat*) Variè diſputant hic de *equo*, & qværunt, quomodo conveniant cum ſeqven-

qventibus. Mihi ſimplicisſimum convenientisſimumqve videtur, ut pro eo ſcribamus *aeqvum*. Nempe tum eſt verum certamen, cum utrinque patibus certatur viribus, qvod proinde Mars dicitur amare.

*itaque juſſit ſuam*) Inſerunt vulgati, *ſenex*, quod ego ſuſpicor ex gloſſa eſſe, cum præcedat, *dominus*.

*obiter & pædisſimi.*) Locus, quem tentarunt variè. Primum ediderunt, *obit ei præ adisſimi*, & appoſuerunt ſtellam, quaſi quid deeſſet. Pro his ipſis aliqui fecerunt *obiter fœdisſimi*. Sed & illud, *ſua frequentia*, immutarunt, ſcripſeruntqve nunc *ſua frequentia*, nunc *ſublata frequentia*. Eſt, qui totum locum ſic refingit: *minorem nobis æſtum ſua frequentia facient: obediunt ei paratisſimi ſervi*. Licebit opinor & nobis in tanto omnium diſſenſu divinare. Arbitramur itaqve ſic ſcripſiſſe noſtrum: *obiter, ait, pædidisſimi ſervi minorem nobis æſtum ſua freqventia facient*. Obiter, dicit, hoc eſt, dum hoc agent, dum in eo erunt occupati, ut ſuam cuiqve asſignent menſam, minorem frequentia ſua facient æſtum. Sic illud *obiter* uſurpat locis quoque aliis. Ut: *at ne in hoc qvidem tam moleſto tacebant officio, ſed obiter cantabant*. Hoc eſt, ſimul, dum hoc peragunt officium. Item alio loco: *interrogo ego, qvot eſtis? obiterque per rimam foris ſpeculari diligentisſime cœpi*. Non hic *obiter* eſt in tranſcurſu, celeriter, & velut aliud agendo, ſicut exponunt, quia ſeqvitur, *diligentisſime*, ſed planè id, quod dixi. Gloſſæ veteres: ἐν τῷ αὐτῷ: *eodem, inibi, obiter*. *Minorem frequentia ſua* ponit pro, *minorem præ frequentia*

h. e.

e. quam facerent frequentia ſua, ſi frequentes lſtarent. *Pædidiſſimi* autem hic dicuntur à Trialcione per convitium ſuperbisſimum: à *pædore*, uaſi fœteant, & cum calore ingratum de ſe ſparant odorem, ſicut fit in conſtipata turba præſertim ninus nitidorum. Feſtus: *Pædidos*, *ſordidos ſignifiat, atque obſoletos*. Ab hoc igitur *pædidi*, ſunt *pædiiſſimi*, qui errore facti *pædiſſimi*, quod oſcitans libearius ſyllabam *di* putaret redundare.

7. *tangomenas faciamus*) Ad eundem modum ſcribitur hoc vocabulum & in ſeqventibus. Sed quid eſt, *tangomenas facere*? nihil aliud, exiſtimo, quam vino poculisque liberius indulgere. Quæ verò ratio hujus ſit vocabuli, licet nobis non deſint conjecturæ, tamen diſcere malumus ab aliis.

*vita vinum eſt*) totus hic locus mutilatè ita legitur in editis: *Heu*, inquit, *ergo diutius vivit! verum eſt, vinum Opimianum præſto*, è quibus non ſatis commodè ſe extricarunt eruditi. Vita vinum eſſe dicitur, quia nutrit augetqve vitam. Vetus eſt jambus: *Mens eſt anima vinum, vinum anima corporis eſt*. Et in Inſcriptione veteri apud Gruter. p. 912. *Vitam faciunt, balnea, vina, venus*.

*curatiſſime*) veteres habebant, *accuratiſſime*. Tac. XIV. An. c. 21. *Ludos curatius editos*. & ſic alibi.

*aptatam*) *aptam* habebant veteres. Sed *aptatam* etiam alias uſurpat in ſimilibus.

*laxata in omnem partem verterentur*) Editi præferebant, *locata*, & *flecterentur*. Sed noſtrum *laxata* ſine dubio præſtantius. & ſequitur, catenatio *mobilis*.

bubu-

*bubulæ*) vulgo *bubale*. Sed noſtrum eſt in aliis codicibus.

*ſtericulam*) Optimè. vulgo eſt, *ſtericulam*, per compendium ſcripturæ, ut exiſtimo, vulvam intelligit ex ſue caſtrata. Celſus II. cap. 23. ubi de rebus ſtomacho idoneis: *Ex ſue, ungulæ, roſtra, aures, vulvæ, ſterilesqve*. Ita habet vetuſtisſima editio. vulgo edunt, *vulvæque ſteriles*, contra mentem ſcriptoris, qui probat vulvas, etiam ſteriles. Ab hoc *ſteriles* apud noſtrum ſunt *ſterilicula* per diminutionem, in qua vulvæ ſunt intelligendæ.

*ſuper ſcorpionem, piſciculum*) Lego, *ſuper ſcorpionem, ſcorpionem piſciculum*. Librarius ineptus malè repetitum *ſcorpionis* vocabulum putavit. In qvibusdam editis mutilatè legitur, *ſuper ſcorpium*, cum aſteriſco. Sed *ſcorpionem* habet etiam Plinius, qui & juris ex eo facit mentionem his verbis: *Omnium piſcium jus alvum emollit, ſed optimum fit è ſcorpionibus*.

*oclopetam*) vulgati habent, *odopetam*. Savaro legit *otopetam*, & exponit *auritum*, ſeu *leporem*, Græcè *ὠτοπετήν*. Sed non video, qva ratione ſagittario conveniat, qui profectò non venatur piſces. Divinent alii in loco hoc deſperato.

*in quo cornua erant*) ſcribo: *in qua* ſcilicet *locuſta*; dicit, ideo capricorno asſignaſſe locuſtam, qvoniam & ipſa habeat cornua, eaqve fuiſſe relicta in locuſta illa, quæ tum apponebatur.

*de laſerpicario*) Variè hic locus ſcribitur in vulgatis, nec à doctis modo eodem emendatur. Nos hanc noſtri lectionem non exiſtimamus contemnen-

nendam. Ordo hic eſt: *ipſe extorſit canticum mimo.* qvale canticum? *de laſerpicario, teterrima voce.* Canticum de laſerpicario, expono canticum in laudes laſerpicarii. Laſerpicarium id, qvod eſt conditum laſerpitio. Laſerpitii uſum in cibis fuiſſe creberrimum commendatisſimumqve, docet Caſaubonus pluribus ad Athenæum. Itaqve ut laudes aliarum rerum, vini puta, & ſimilium, ſic planè laſerpitii credo cantilena expresſiſſe. qvam proinde mimus iſte debuit cantare. Qvanqvam cum nullius mimi antè ſit facta mentio, rectiùs hæc accepimus de ipſo puero, cantionem iſtam à ſe extorqvente, qvoniam cantabat voce teterrima; extorqvente autem mimo, i. e. geſticulatione qvadam. *Mimus enim*, teſte Diomede, *ſermonis cujuslibet motusq; ſine reverentia, vel factorum turpium cum laſcivia imitatio.*

8. *percurrerunt.*] *Procurrerunt*, habent editi. Egò temerè nil muto: nam & infra noſter: *Ille dimiſſus circa menſam percucurrit. Percucurrerunt*, eſt, *cucurrerunt.*

*aliquam urbanitatam.*) Ita meus: ſed addendum, *ad aliquam*, ut habent editi.

*ut putares eſſem Darium*) Suſpicabar ſcripſiſſe, *ut putares Beſſum in Darium hydraule cantante pugnare*. Notum eſt ex Curtio Besſi facinus. *Beſſus*, ait, *& cæteri facinoris ejus participes vehiculum Darii aſſecuti, ita accenſi tela injiciunt in Regem, multisque confoſſũ vulneribus relinqvunt.* Huc alluſiſſe videbatur, planè ſicut Martialis lib. XI. ep. in Cæcilium alluſit ad Thyeſtæ fabulam in re ſimili, ubi ait:

*Atreus*

*Atreus Cæcilius cucurbitarum*
*Sic illas, quaſi filios Tyeſtæ*
*In partes lacerat ſecatque mille.*

Verum ſvadet Cl. Gronovius, *ut putares eſſedarium*, pro *eſſem Darium*. Id quod vehementer placet, propter additum *hydraulem*, cujus neſcio an ſit locus ſatis in lectione altera idoneus.

*quid habeat)* quam dives ſit. Eleganter iſto ſenſu, *habendi curam* dixit Phædrus noſter in præf. III. & Seneca *ſyngraphas* vocavit *vacua habendi ſimulacra* VII. Ben. 10.

*ſaplutus)* Puto ſcribendum: *adeò ſanè Plutus eſt.* Plutum poſuit pro cœco. Notum illud, ὁ τυφλὸς πλȣ̃τ☉ & vide Lucianum, itemq; Ariſtophanem. Elegāter tamen, *Plutum*, quia Plutus ſimul auri largitor, atqve opum. Adde Phædrum noſtrum lib. IV. c. 2. Eſt itaque ludus in ambigua ſignificatione Pluti, quia & divitem ſignificat, & cœcum. Clariſſimus Gronovius volebat, *Zaplutus*, à Græco Ζάπλȣτ☉, *valde dives*, & hoc proximum ſcripturæ divulgatæ. Quanqvam ſit in Gloſſis Tulli Tyronis, *Saplutus*, ſenſu parili, ut credo. v. p. 158.

*lupatria]* Locus admodum vitioſus; puto tamen ſcribendum: *ſed hæc lupa ebrio providet omnia, & ubi non putes, eſt. Sicca*, &c. *Lupam* vocat per convitium Fortunatam. ait, *providere omnia*, h. e. curare. Qvomodo eſt apud Vellejum, *providere ſupplementum* lib. II. c. 130. & apud Cæſarem, *providere rem frumentariam* VI. B. G. Dicit autem, facere hoc

*ebrio*

Digitized by Google

*ebrio* Trimalcione, dum ipſe poculis indulget, deniqueeſſe, ubi nemo putet, induſtria videlicet, proviſione, inſpectione. Reſpicit, quod anteceſſit, *huc atque illuc diſcurſare*.

*ubi non putes, eſt.*) Ita Plautus Amph. III. ſc. 3. *jam hic ero, tum illis cenſebis eſſe me*.

*eſt ſicca*) Ita Lucilius ſat. VI. ut teſtatur Nonius, voce *Abſtinemus*.

*Lanificam dici, ſiccam, atq; abſtemiam ubi audit.*

*tantum auri*) Præceſſiſſe aliqua hic cenſeo.

9. *malæ lingvæ pica*) *Picam* vocat Fortunatam ob garrulitatem, *malæ lingvæ*, ob traducendi & conviciandi ſtudium. De garrulitate notum vulgo, itemque ex Martiale, Plinio, & aliis, qui loquacem picam garrulamque vocant.

*pulvinaris*) Valde mihi hoc ſuſpectum. Nec enim cohærent, *pulvinaris pica*. Puto illud *naris* ſeorſum oportere ſcribi. Reliqvum alii excogitent.

*qua milui volant*) legendum eſt, *quam milui volant*. Illud *quam* eſt *quantum*. Scholiaſtes vetus ad Illud Perſii Sat. IV. v. 25. *arat Curibus, quantum non miluus oberret*: *Secundum*, ait, *proverbium: qvantum milui volant. Quam*, pro *quantum* poſuit optimè. Terent. in Hec. IV. ſc. 4. *turbent porro, quam velint*. Donatus eo loco: *Quam non eſt generis feminini, ſed eſt, quantum*. Reperitur eadem locutio apud Ciceronem etiam, & alios.

*nummorum nummos*) An hæc gloſſa ejus, qvod ſequitur, *argentum*; num potius fœnus ingens denotant?

*argen-*

*argentum in oſtiarii illius cella plus*) Benè *argentum plus*, i. e. amplius, majus, copioſius adjectivè. Ita Lampridius in Alex. Seu. c. 41. *Et qvum argentum in miniſterio plus ducentis libris non haberet.* Florus IV. cap. 2. *ut non rectè tantùm civile* (bellum) *dicatur, ſed potius plus, quam bellum.* Bellum plus, quam bellum, eſt majus, pejus. Vide infra.

*Ad ſummam*) Sic in editis. *Ad ſummam ſtatim ſcietis.* Senec. VII. Ben. 13. *Ad ſummam, puta, cum captus eſſet, me pecuniam mutuatum.*

*babacalis in rute folium conjiciet*) Suſpicor, ſcripſiſſe noſtrum, *baba! ſatis in &c. Satis*, eſt *benè* Ita Phædrus noſter IV. c. 23. *ſatis profectò rettudi ſuperbiam.* Terent. III. Adelph. 3. *Si ſatis cerno, is hercle eſt.* Cl. Gronovius cenſet babæcalos eſſe hauſtos ex Arnobio Salmaſiano l. IV. ubi *babæcali adoleſcentes* memorãtur pro libidinoſis, à βάβαξ vel potius βιβάζω. Illud, *conjicere in rutæ folium*, proverbii habet ſpeciem, & notare obſeqvium ſervorum videtur, quaſi in ſpacium minimum cogi contrahiqve posſint; quale occupat rutæ folium. Pari ſenſu etiam in ſequentibus repetitur. Idem Gron. *rutæ folium* formatum alluſione ad πεταλισμὸν, ſed errore convivantis pro πέταλον ἐλαίας, qvod eſt apud Diodorum l. XI. c. 8. dictum *rutæ folium* exiſtimat.

*lana, credræ*) quid eſt, *credræ*? Scribo absque diſtinctione, *lanæ eritbræ.* De his lanis vide Columellam lib. VII. cap. 2. & Plin. lib. VIII. cap. 48. ubi precioſisſimas, & ex Aſia petitas ſcribunt.

*Arietes à Tarento*) id eſt Tarentinos. Tarentinorum

Digitized by Google

norum ovium magna celebritas ob mollitiem lanarum. vide Columell. III.c. 2. Conjunguntur autem hic, *emit à Tarento*, ut mox: *juſſit afferri ab Athenis*.

*eos curavit in gregem*) Nil hîc cenſeo mutandum. *curavit* eos, eſt procuravit, *in gregem*, eſt ad gregem, gregis cauſa, ut eam reparent.

*obiter, & vernacula*) Scribo: *obiter ut, vernacula quæ ſunt, meliuſculæ à Græculis fiant*. Dicit, ideo qvoque apes accerſiviſſe ex Græcia, ut junctæ vernaculis domeſticisque, redderent ipſas quoqve meliores. De præſtantia mellis Attici apumqve, res eſt vulgo notisſima.

*ex India ſemen boletorum*) Hæc dicuntur joco, ſicut ſupra *lac gallinaceum*. Nam boleti neqve ſemen habent, nec ex India petebantur.

*tot culcitras*) perperam. Emenda, *culcitas*.

*conchiliatum aut coccineum tomentũ*) lanam conchilio vel cocco tinctam, qva ſunt farctæ. Vulgo ad hoc pilis ciliciis utebantur, aut ſtramine conciſo.

*tanta eſt animi beatitudo*) Illud *animi* ſuſpectum mihi eſt, gloſſemaqve ſapere videtur.

*collibertos*) Plautus Pœnulo A. IV. ſc. 2. *Quin hercle collibertus meus faxo eris, ſi Dî volent*.

*ſuccoſi*) pingves ac ſucci pleni. Sic appellat joco, opulentiores, quia ferè cutem curare conſveverunt, & quia pecunia quaſi ſuccus qvidam eſt in vita. Unde *exugere* dicuntur, qui pecunias eripiunt. Vide Plautum in Epid. II. ſc. 2. 5. Neqve ſenſu multum disſimili Cicero lib. VII. Att. ep. 13. uſurpavit *ſuccones*. Vide Boſium ad eam p. m. 93. Invenitur

M

nitur autem vox hæc, qvanqvam ſuo ſenſu, etiam apud alios. Columella IV. c. 29. *in aliis ſtirpium generibus, qvæ firmioris & ſuccoſioris libri ſunt*. C. Serenus cap. 6.

*Aut tu ſuccoſa cinerem perducito lana.*

*in imo imus*) illud *imus* mihi ſuſpectum eſt, velut ſit gloſſa præcedentis, *in imo*.

*de nihilo*) Quomodo Ovidius, *de tenui origine*. Juvenalis poſuit *è nihilo* in re ſimili, Sat. III.

*Qvadringenta tibi ſi quis Deus, aut ſimilis Dîs*
*Aut major fato donaret homuncio, qvantus*
*E nihilo fieret.* ——

*ſed quomodo*) Locus valdè corruptus, qvem ſic reſtituendum cenſeo. *Sed (quomodo dicunt, ego nihil ſcio, ſed audivi) qvum modo incuboni pileum rapuiſſet, theſaurum invenit.* Illud, *quomodo dicunt*, formula eſt ejus, qui appellat famā popularem in obſcuro dubiove negocio. Cicero in Piſonem, quanquam alio ſignificatu: *Iſte claudus*, *quomodo ajunt, pilam retinere.* Quod ſeqvitur, *incuboni pileum rapuiſſet*, intelligendum eſt ex ſuperſtitione veteri, cujus hodieqve pasſim extant reliqviæ, velut incubones ſint ornati pileis, quibus ſurreptis compellantur ad obſequium in indicandis pecuniis reconditis. Incubones enim dicti veteribus, illi quicunque, qui theſauris abſconditis incumbunt; eosq; cuſtodiunt. Pomponius Sabinus ad II. Georg. v. 507. *Incubat*, *invigilat, poſtqvam invenit. inde, incubones, qvi theſauris invigilant. Rapuiſſet*, eſt, *eripuiſſet*, planè ſicuti alio loco in editis.

*O fallax*

Digitized by Google

*O fallax natura Deum! quæ prima dediſti*
*Ætati noſtræ gaudia, prima rapis.*

*Eſt tamen ſub alapa)* Hoc proverbii habet ſpeciem. Sed quid hoc loco, *alapa?* Num reſpicitur ad eam conſvetudinem, qva libertas dabatur, memorata Phædro noſtro lib. II. c. 6. Atqui ſupra mentio eſt libertorum, non ſervorum. Quare cenſeo accipiendum de ea, quam perferre cogebantur à patrono ſuo, qvotiens ludere durius vellet ac jocari.

*non vult ſibi malè* ] ea facit, qvæ ad commodum ſuum, & voluptatem pertinent. Plautus Aſin. Ac. V. ſc. 1, 13. *utinam, male qui mihi volunt, ſic rideant.* Cicero. ep. ad Att. *Antonio, quam nunc eſt, volo pejus eſſe.*

*cum hoc titulo)* tabula, libello. Plin. VII. ep. 27, in re ſimili. *Venit Athenas philoſophus, Athenodorus, legit titulum.* Et in colloquio vetuſto: *Steterunt ad titulum,* ἐςάθησαν πρὸς τὸν πίνακα. Sic infra.

*proſcripſit* ] abſolutè Cicero in Orat. pro Qvint. *Auctionem in Gallia Publius hic Qvintius Narbonæ ſe eſſe facturum, proſcribit.*

*ex Calendis Juliis)* Doctè. Hoc enim fuit ſolenne elocandarum ædium tempus. Conſule l. 60. ff. locat. cond. itemqve 41. ff. de Contr. Empt. & qvos ibi laudat Gothofredus.

10. *libertini loco)* Ergo fuit quoque certus libertini locus. Sed quis libertinus iſte, cujus peculiarem eſſe voluerunt locum in menſa, & ab ipſo nominare? Credo Libertinum ſeu libertum Cæſaris intelligi. Fuiſſe hos libertos ſæpè miſſos in Provincias à Cæſaribus aliorum atqve aliorum gratia nego-

ciorum, res eſt nota. Hinc eorum non exigua apud Provinciales auctoritas. Unde puto factum, ut ſicut Romæ haberent locum *Conſularem* dictum, qvia is dabatur Conſuli, ſi præſens eſſet in convivio, ſic in Provinciis Coloniisqve locum *Libertinum*, qui dabatur liberto ſeu libertino Cæſaris, item *Prætorium*, qui Prætori, ut deinceps audiemus.

*jacet*) accumbit. Probè. Juvenalis ſat. 1.

—— *vacuisque toris tantum ipſe jacebit.*

Sidonius l. ep. 11. *Primus jacebat cornu ſiniſtro conſul ordinarius.*

*bene ſe habuit*) tractavit, in reſpectu ad victum, & ſimilia. Contrarium habes apud Terent. 1. Adelph. 1. *Ruri agere vitam, ſemper parcè ac duriter ſe habere.*

*non impropero*) objicio, & velut incuſo. Citant Lexicographi hoc vocabulum ex Plauto, ac extare dicunt in Rudente A. III. ſc. 4. v. 28. verum ibi Douſæ, optimaqve Gronovii editio habent, *etiam vim opprobas*. Video nihilominus Gryphium ediſſe, *vim improperas*, ut anceps hæream, ne diſpiciam ſatis, quid de loco præſenti judicare debeam. Philoxenus profecto laudat. *Inproperium*, ὄνειδος. *impropemt*, ὀνειδίζει.

*Ille ſextertium ſuum vidit decies*) Optime. Seneca II. de Benef. cap. 27. *hic quater millies ſeſtertium ſuum vidit.*

*male vacillavit*) Eleganter de eo, cujus fides comſumptis aut perditis rebus dubia eſt facta. Cic. in Ca-

Digitized by Google

Catilin. II. *partim male gerendo negocio, partim etiam ſumptibus in vetere ære alieno vacillant*.

*capillos liberos*) inſtar proverbii hoc eſt, de obæ- rato, ſeqve ac ſua omnia debente aliis.

*omnia ad ſe fecerunt*) Quomodo, *fecerunt*, in plurali, cum antecedat, *culpa liberti ſcelerati*; in ſingulari? Puto hic abeſſe aliqva, & icirco aſteriſcum his præmitti oportere.

*Scito autem ſociorum olla male feruet*) Scribe, *cito*. Reliqvum eſt ex proverbio. Nam *feruere olla* dicitur, cum amici patinarii colunt & ſectantur amicos ſuos. Græci hoc ſic efferunt: ζεῖ χύτρα, ζῇ φιλία, *cum feruet olla, vivit amicitia*. Hinc *male feruere olla* dicitur, cum amicitia illa incipit langveſcere. Id quod facile fit inter ſocios, quos conciliavit luxus, voluptas, vel quæſtus alius, ceſſante iſto quæſtu, & deficiente re familiari.

*res inclinata*) fortuna facta eſt adverſa. Cic. I. Att. ep. 1. *laboratur vehementer, inclinata res eſt*.

*amici de medio*) puta *recedunt*, ut hanc formulam ſupplet Cicero in Or. pro Sextio Roſc. *Recede de medio, per alium tranſigam*. Elegans ellipſis, quæ celeritatem diſceſſus illius oſtendit. De re ipſa ſæpe habes apud Ovid. in Triſt.

*ſic vides*) talem, qui fuerit tam opulentus. Terentius in Phorm. I. Ac. 2. *deſinas, ſic eſt ingenium*. Ita ſæpè alii. Noſter infra. *Ego, qvod me ſic vides propter artificium meum, Diis gratias ago*.

*exe*) Corrige: *ſic vides? ecce, libitinarius fuit*. Libitinarii viles habiti & abjecti. Vide Senec. VI. Beneſ. cap. 37.



Digitized by Google

*ſic cœnare, quomodo rex*) regio ſplendore, opulentia regia. Senec. ep. 87. *Pecunia ſic in quosdam homines, quomodo denarius in cloacam cadit.*

*apros gauſapatos*) gauſapa conтеctos, ornamenti gratia. Sic in ſeqventibus habes & pileatos.

*viſcocos*) ſuſpicor ſcripſiſſe noſtrum, *opera piſtoria, avis, cocos. Avis*, pro, *aves*, ſicut ſæpè, in quo prima littera eſt ob ſimilitudinem antecedentis. Aves apud veteres fuiſſe in deliciis, ignorat nemo. & videat, qui volet, Meurſium in de luxu Rom. cap. 15. & Nonnum Rei cibariæ cap. 20.

*Phantaſia, non homo*) Legendum arbitror, *phantaſma*. Eſt autem phantaſma, viſus nocturnus, ſive ſpectrum, ut ex Plinii lib. VII. ep. 27. Macrobii lib. 1. cap. 3. & aliis manifeſtum eſt. Poſſis tamen retinere iſtoc ſenſu etiam vulgatum. Caſſilides in reſponſis ſuis τί ἄνθρωπος; ὀλιγοχρόνιον φάντασμα. Pro his interpres vetus: Quid homo? *Minimi temporis fantaſia*. φάντασμα Græcum, eſt Latinum *fantaſia*. Sed quæ ratio, quod eum vocet phantaſma? Credo, quod & hæc interdum per noctem videantur agitare convivia, omnique rerum pretioſiſſimarum copia abundare, cum mox illuſcente die illarum rerum nil appareat. Neqve aliæ ſunt *tempeſtates rerum læta*, qvas cum illis ſpectris memorat Macrobius. Quia ergo hic quoqve vivebat in ſumma affluentia, ſed vivebat brevi tempore, paulò poſt privatus rebus omnibus, joco eum ita appellare volebat. Cæterùm ad eundem modum infra: *diſcordia, non homo*. Catullus. *Non homo, ſed* vert

*verè mentula.* Apulejus *VIII. veruecem, non aſinum vides.*

*conturbare*) Ita noſter in editis: *Qui poſtquam conturbavit & libidinis ſuæ ſolum vertit.*

*cautionem proſcripſit*) Lege, *auctionem proſcripſit.* Cicero lib. *XIII.* Attic. 5. *Si tibi videtur, appelles Balbum de auctione proſcribenda.*

*publicatis*) publice prolatis, ut à cæteris convivis poſſent exaudiri. opponuntur tacitis ac ſecretis colloqviis, qualia ferè ab initio cœnæ habent inter ſe vicini. Sic *publicare fortunam ſuam*, Seneca dixit.

*vos oportet ſvavè faciatis*) ſcilicet per ſvavia hæc veſtra colloquia. Sic loqvitur Trimalcio per ſuperbam oſtentationem ſub ſpecie modeſtiæ, qvaſi vinum eſſet vilius, ac idcirco tali opus haberet condimento. Vide infra, ubi ait, *vinum bonum faciatis*, ſenſu ſimili.

*natare oportet*) in vino ſcilicet, ad quod eos adhortatur iſtoc proverbio. Nempe frigidioris humidiorisqve naturæ piſces ſunt, & ſic debent corrigi.

*rogo, me putatis*) Petronianum. Sic in editis: *Rogo, ebrii eſtis, an fugitivi?* item: *Rogo, inqvam, quid tibi vis cum iſto morbo?* item: *rogo, expiare manus precio licet.*

*theca repoſitorii*) Repoſitorium, qvod paulò antè ferculum, & deſcripſit in ſuperioribus latiſſimè. Hujus theca, opinor, in qua cibi ſinguli reponuntur.

*ſic notus Ulyxes?*) *notus*, eſt, celebris ac clarus. Senſus ergò; an ſic, & hoc modò, hac ſimplicitate clarum



Digitized by Google

clarum factum putatis? Altius & callidius quid ſubeſt, qvod conveniat cum calliditate Ulysſis, ut mox audietis. Videtur ſpeciem proverbii habere, de eo cui ſubeſt occulta, & nec opinata ratio cauſſaqve. Iſta excuſa erant, cum me docet Nobil. Heinſius extare hoc In Virg. II. Æn. v. 44. hemiſtichion. Porrò id liqvet eſſe hunc verborum ſenſum: An ego vobis nòn meliùs ſum notus? an putatis me eſſe tàm ſimplicem rerumque imperitum?

*hominem inter homines*) ſignificanter *hominem* uſurpat de libero, & ingenuo. Sic planè Nero apud Sveton. c. 31. poſtquam aureas ſuas ædificaſſet ædes, *quaſi hominem tandem habitare cœpiſſe*, ajebat.

*ſicut ille feri culuſta mel habuit praxim*) Hæc prodigioſa ſunt. Suſpicor, ſcripſiſſe: *ſicut ille ſericulus tamen habuit praxim.* Puto autem reſpicere Ulysſem, ſenſumque eſſe, licet viſus fuerit aſperior, tamen uſu edoctum potuiſſe afferre grata. *Sericulum* exiſtimo vocari, à *ſerio*, ſicuti à *blando* eſt *blandiculus*, & *blandicule*, quod habet Apulejus: niſi malis legere, *feroculus*. *Praxim*, ſive *praxin habere*, eſt tenere uſum rei alicnjus. Quomodo Cicero in l. de Fin. *habere artem diſſerendi*, Cæſar IV. B. G. *habere uſum belli.* Cl. Gronovius legit, *offerri, ſicut iſte ferculus tamen habuit gratiam*, vel *graxim* è prologo Aſinariæ, ubi aliquando lectum *graxis*, pro *gratiis*.

*Cœlus hic*) Ita Ennius, Varro, alii. Benè autem, *cœlus*, uti qui philologiam hic oſtentet.

11. *frontem expudoratam*) Eſt in Gloſſis Iſidori, *expuderatus, impudicus*, quod à Voſſio, ut barbarū, rejicitur. Itaque de eo ampliùs hic cogitandum.

*cor-*

Digitized by Google

*cornu acutum*) quo petant feriantqve alios: per figuram uſurpatur de contentioſis, ac paratis alios lædere. Plautus in Pſeudolo: *formido malè, ne in re ſecunda nunc mihi obvertet cornua.* Vide Horat. ſer. I. & alios.

*arieti illi*) Mallem, *arietini*. Arietinum, eſt ſimile arietibus, quomodo Columellæ *cicer arietinum*. Tangit lites ac contentiones eorum, qui in literis verſantur.

*taurulus*) Sic feſtivè loquitur. Nempe laudabant urbanitatem ejus, ſicut præcedit.

*boves*) qvare boves? an quoniam & ipſi junguntur bini ad vehicula vel aratra in opere? Hinc apud Varronem in fragmentis, *bigæ cornutæ*.

*utrosque parietes linunt*) Græcum reſpicit proverbium, quod eſt δύο τοίχους ἀλείφουσι, uſurpaturque de iis, qui apud omnes, etiam adverſos inter ſe; gratiam inire quærunt.

*& hoc, & illoc*) Antiqve, pro *huc*, & *illuc*. Plautus in Merc. *non hoc voluntas me impolit*. Ita ſupra, *usque hoc*.

*ſuper illum poſui*) nullum cibum impoſui ſigno illius in repoſitorio. Nam alioqvin ſupra mentio fit coronæ ſuper eum, ob hanc cauſam.

*geneſim*) ut ſupra, *praxin*. Intelligit autem fatum ex ſigno illo ſibi impendens. Nam ut ait Cicero II. Divin. 12. *vim qvandam eſſe ajunt ſignifero in orbe, qui Græce ζωδιακὸς dicitur, talem, ut ejus orbis unaquaque pars alio modo moveat immutetqve cælum, perinde ut quaque ſtella in iis finitimisque partibus ſint quoque tempore, eamque vim varie moveri ab iis*

M 5 *ſyde-*

*ſyderibus, quæ vocantur errantia.* Cæterùm hoc modò *geneſin imperatoriam* dixit Svetonius, *geneſes mortalium* Cenſuimus, atque alii.

*cataphage*) Corrige, *cataphagi*, h. e. helluones. Gloſſæ veteres. Καταϐαγὸς. *Nepos, comiſator, vorax, comeſor.*

*laniones*) Ergò poſthac non magis probum erit *Lanio, lanionis*, quam *lanius, lanii*, ſi quid pollebit fragmenti hujus auctoritas. Negaverat Voſsius lib. *III.* de Vitiis ſer. Lat. Sed. & in Gloſsis antiqvis: κρεοπώλης, *lanio.* & Paulus I. C. l. 18. ff. de Inſtructo. *Cum de Lanionis inſtrumento quæritur* &c.

*aliquid expediunt*) ingenii judiciique ſui trutina, puta: ideò enim naſci tales facit in libra. Ita habes apud Phædrum noſtrum lib. *III.* c. 15. *expedi, quid fecerim.* Plautus in Prologo Captiv. *hic hodiè expediet hanc doctè fallaciam.*

*qui bolem ſpectant, lardum tollunt*) Ad inſtar proverbii de iis uſurpat, qui aliud ſimulant, aliud faciunt, ſicut ſtrabones aliud notare oculis, aliud præhendere manibus videntur. Fures cumprimis notat, & invidos. Conſule Nonium, voce *ſtrabones*, ibiqve Varronis & Lucilii loca.

*quibus præ mala ſua, & cornua naſcuntur*) Puto planè, ſcripſiſſe noſtrum, *quibus præ mole ſua & cornua naſcuntur. Præ mole*, eſt, propter molem, ſicut Plautus, *præ tremore*, Cicero, *præ lacbrymis*, & alii. noſter ipſa infra, *præ literis. Molem* intelligit ſarcinæ, ſimulque figurare malorum. Qua ratione Cicero quoqve in Catilinaria III. dixit, *mali molem à cervicibus ſuis depellere.* Ludit in ærumnoſos, hoc eſt, eos

Digitized by Google

eos propriè, qui ærumnis utuntur ad ferenda onera, figurate verò in miſeros & laborantes variis difficultatibus, aitque ipſis ex eo, quod tam gravia ferant onera, cornua naſci. Non profectò imperite, quando & qvi onera iſtiuſmodi ſuſtinent, magna ſpiritus contentione cerebrum diducunt veluti, & viam cornibus aperiunt, & ærumnoſi melancholici juxta ſunt, copiaqve materiæ, unde cornua proveniunt, abundant.

*aliquid mali*] atqui ſequitur, *aut naſcantur*. Nempè hic philoſophiam ſuam Trimalcio oſtentat, qvãdò inter mala numerat naſci. Sententia eſt Theognidis apud Stobæum ſerm. 99. quàm habes & inter editas à Grutero: *Optimum, non naſci, aut natum quam citiſſimè mori.* Cæterum *aliquid mali* intelligo, *res aliqua mala, aliquod malum* efficit, ut hoc ita fiat.

*corrotundata*) rotunda facta. Seneca IV. Q. N. 3. *Poteſt etiamſi non fuerit grando talis, cum defertur, corrotundari, & toties per ſpacium aëris denſi devoluta æqualiter atqve in orbem teri.* Adde & epiſtolam illius 113. Philoxenius in Gloſſis: *Conrotundat*, ϛρογγυλεῖ. Lexicon Cyrilli ϛρογγυλίζω, *conrotundo, rotundo.* Cicero ſic uſurpavit ſimplici *rotundare* in de Univerſo:

*ſophos*) σοφῶς. Martialis.

*Quod tam grande ſophos clamet tibi turba togata.*

*ad camaram*) ad tectum. Noſter in jam editis: *bilychnis de camera pendebat.* Sed & *camara* per *a* eſt rectum, imò perfert alteri Verrius, & Chariſius.

Porrò,

Porrò, *ſublatis manibus ad camaram* hic dictum, ut *ſublatis manibus ad cœlum*, quod eſt frequens.

*tolaria*) Emendo, *toralia propoſuerunt toris*. Varro; *tomle, quod ante torum*. Quia ante torum, ideò noſter *propoſuerunt toris*, i. e. ante ea poſuerunt.

*picta*) acu ſcilicet. Erant enim veſtes, variis ornatæ imaginibus, quibus torum ornabant, undiqvaqve circumpoſitis; errantqve vehementer, qui accipiunt pro eis, quibus torus involvitur, aut inſternitur, & quæ *linceul* à Gallis appellantur; nam omninò torum lectumque ambibant. Gloſſæ veteres, *tomle*, περίκλινον. Iſidorus optimè ad hanc mentẽ: *toralia*, *longa perpetuaeqve mappa*, quales ſcilicet conviviis inſerviebant. nam præcedit apud eundẽ: *mappa convivii & epularum oppoſitarum ſunt*. Sicut autem hic ſunt pictæ, ita apud Lampridium in Heliogabalo, aureæ. *Primus omnium privatorum toros aureis toralibus texit*.

*ſubſeſſoresqve*] Optimè ſic vocat venatores dolo captantes feras. Servius ad Virgilii XI. verſ. 268. *Subſeſſores dicuntur, qui in inſidiis tauros interimunt*. Habes quoqve apud Auſonium in præfatione Centonis, ſed verba etiam poſt Scaligerum male diſtincta ſunt: *& mirmilla in armis ſubſidens: venator: & latrans canis*. tu ſcribe: *in armis: ſubſidens venator*: &c.

12. *etiam circa menſam*) pulchre, ac cum admiratione ponit illud *etiam*. Quomodo Petronius in editis: *tanquam mendici ſpolium etiam faſtidioſe venditabat*.

*poſitus*

*ïtus)* Proprie,de cibis. Juvenal. I. Sat.

—— *qvanta eſt gula, qvæ ſibi totos*

*Ponit apros* ——————

is X. c. 50. *ne quid volucrum poneretur, præter gallinam.* Similiter Horatius, Ovidius, alii.

*opto placentis)* Scribe junctim, *coptoplacentis.* ıæus lib. XIV. cap. 15. ubi de placentis Roman: *Sunt & alia placentarum genera, coptopla-,oſtracitis,*&c. In Græco hic omiſſum eſt id vo-.um, ſequitur tamen longiuſcule poſt, κοπτο-:ες.

*cula)* veſtis brevior, quæ humeris aliſque ſo-jici. Ita docet manifeſtè Velius Longus: *Ali-n exiſtimant dictam, quòd alas nobis injecta con-t.* Itaqve non aſſentior viro ſummo,qvi à Græ-λιξ derivabat. hæc enim erat tunica, eaqve ıleata: tunica autem non *injicitur*,qvod uſur-Velius de alicula,cum veſtis ſit interior. Potius craſſior veſtis,velut collare, aut ſcapulare,fri-arcendo ab alis & cervicibus.unde Martialis.

*Brumæ diebus, feriisque Saturni*
*Mittebat Umber aliculam mihi pauper.*

it aliculam brumæ diebus, eo fine, ſicut dixi. erum non dubito, quin habitus, qui hic deſcri-:,ſit venatorius,propter ea, quæ ſeqvuntur,atq; :cedunt. Quod notandum fuerit, ne ex Ulpiano pueris aliculam attribuamus.

*ſubornatus)* verè Petronianum. ut, in jam edi-*ultimo cinædus ſupervenit, myrtea ſubornatus ſapila.*



Digitized by Google

*cum arundinibus*] De his conſule Plautum in Bach. I. ſ. 1, 17. & quæ ibi ὁ πάνυ Gronovius.

*Etiam videte*) Num ſcribendum diviſim, *& jam videte*? Sed ſic & in ſeqventibus, ubi vide.

*ad numerum*) omnibus, quotquot erant, convivis. SCtum vetus apud Ciceronem lib. IIX. ep. 8. quæ eſt Cœlii. *Si ex eo numero, quos ex S. C. in provincias ire oporteret, ad numerum non eſſent, qui in eas provincias proficiſcerentur, tum uti collegium quodque primum prætorum fuiſſet, neque in provincias profecti eſſent, ita ſorte in provincias proficiſcerentur, ſi ad numerum ii non eſſent.*

*privatum habebam receſſum*) Mallem ego, *privatim*, i. e. ſeorſum, pro me peculiariter. *Seceſſum habere*, ita puto dictum, ut *habere conſilium*, de eo, qvi qvid ſecreto ſecum volvit animo. *Secedere in ſe* hoc ſenſu dixit Seneca ep. 25. *Tum præcipue in te ipſe ſecede, cum eſſe cogeris in turba.*

*intraſſet*) illatus eſſet. Varro *III*. R. R. cap. 9. de gallinis Africanis: *Hæ noviſſimè in triclinium ganearium introierunt, culina.*

*omnes bacaluſias*) Suſpicor ſcripſiſſe noſtrum, *omnes bacelogias*. Notum eſt ex Svetonio, uſurpaſſe Auguſtum *bacelum* pro *ſtulto*, à Græco βάκηλος. Hinc credo *bacelogia*, βακηλογίαι, id eſt ratiocinationes cogitationesqve ineptæ.

*duravi interrogare*) Eleganter, *duravi*, pro *firmavi*, meipſum ſcilicet, animumque meum, anceps dubiusqve antè, num honeſte poſſem totiens interrogationibus meis illi moleſtus eſſe. Pomponius Mela I. c. 19. *Mentes accedentium primo aſpectu conſternat,*

Digitized by Google

*ubi contemplari dumvere, non ſatiet.* Sic Salma-
nam vulgati habent, *contemplati.*

*lanè etiam hoc*) Ita Plautus IV. Epid. I. *Planè hic
ſt, qui mihi in Epidauro primus pudicitiam pe-*

*bi ſummam cœnam vindicaſſet*) Summam cœnam
pio, pro ſumma cœnæ, id eſt parte præcipua,
cipuo cibo. Quomodo in editis *ſumma carmi-*
, pro præcipua laude ejus. *diu ſumma carminis
s Mopſum Thracem memorata eſt.*

*convivii dimiſſus*) Mallem, *à convivis eſt dimiſ-*
Vult autem, non tangere, aut diſcindere eum
niſſe, quia fuit quaſi decus menſæ atque orna-
ntum. Sed ludit in voce *dimiſſus*, quia & ſervi di-
tur *dimitti*, quando manumittuntur, & filii. Ul-
nus in tit. *ſi moriente avo pater eorum aut jam de-
it, aut de poteſtate dimiſſus eſt.* Etiam ad conſve-
inem veterem reſpicit, ex qua manumittere
os ſolebant in menſa, & adhibitione convivii.
ius in Inſtit. tit. I. *Latini ſunt* (liberti) *qui aut per
tolam, aut inter amicos, aut convivii adhibitione
numittuntur.*

*Damnavi ego*) Sic in editis: *Damnabat Apollo no-
r manus.* etiam alibi ſic loqvitur.

3. *inter honeſtos*) Optimè; ſicut Cicero Catil. I.
*o te priori nocte veniſſe inter falcarios in M. Lecca
num.* Cæterum *honeſtos* ſic vocavit etiam in edi-
*& multo honeſtiores cœnabant.*

*Euchiumqve*) apud Lucretium, Horatium, & ali-
eſt *Eubyrus.*

*con-*

*confeſſus*) nihil melius, aut eruditius. Virgilius II. Æn. 591.

*——— pura per noctem in luce refulſit*
*Alma parens, confeſſa deam, qvalisqve videri*
*Cælicolis, & quanta ſolet ———*

Servius ad hæc verba: *confeſſa deam, divino habitu, quia in primo venatricis habitu ſe obtulerat.* Sic itaq; hoc loco, *confeſſus Euchium*, qui refert habitum ejus.

*traduxit*) per convivium oſtentavit. Ita Tacitus XII. An. cap. 36. *phaleræ torqvesque, quæque externis bellis quæſierat, traducta.* Ipſe noſter in jam editis: *aut hiſtrio ſcæna oſtentatione traductus.* Peſſimè Gonſalus, *infamia notatus*, eſt enim *hiſtrio traductus*, omnibus factus notus, & monſtratus qvaſi, qvomodo Svetonius in Tito cap. 8. de delatoribus: *Hos aſſidue in foro flagellis ac fuſtibus cæſos, ac noviſſimo traductos per amphitheatri harenam, ſubjici in ſervos imperavit.*

*liber eſto*) Solennis formula manumittentis. Vide Briſſonium, itemqve Ræverdum de Auctor. Prudentum cap. 7.

*capitique ſuo impoſuit*) more manumiſſorum. Servius: *cum ſervi manumittebantur, raſo capite pileum accipiebant.*

*non negabitis*) Verbum valde freqvens noſtro, etiam in editis. ut: *Tryphæna mutata negat ſe interpellare ſupplicium.* & ſic aliis locis pluribus.

*Liberum patrem*) id eſt, Bacchum, quem *habere* ſe dicit, qvia puer eum referens, Trimalcionis fuit ſervus. *Liberum* tamen, quia eundem manu miſe-

ra

Digitized by Google

rat, liberumqve eſſe juſſerat. Hoc illud eſt acumen ſcilicet, quod laudant.

*circumeuntes puerum*) Corrigo, *circumeuntem puerum*, nec enim veriſimile eſt, convivas ſurrexiſſe ad hoc officium. Adde quod ne quidem ſic quadraret *circumeuntes* verbum, cum potius adiſſent. Denique præceſſit, *circumtulit*, quod oſtendit ſatis, ſic legendum eſſe.

*ab hoc ferculo*) Petronius in editis: *Ab hac voce eqvum cinædus mutavit.*

*ad laſammum*) Non dubito, quin ſcribi debeat, ad *laſanum*, i. e. ſellam familiaricam, exonerando alvo. Horatius I. Sat. 6.

*Te pueri laſanum portantes œnophorumque.*

*ad laſanum*, eſt, propter laſanum, laſani cauſa, ut ſe illuc conferret. Livius lib. 1. c. 7. *cum boves quadam ad deſiderium cæterarum mugiſſent.*

*invitare convivarum ſermones*) provocare, allectare. Optime. quomodo Horatius Epod. 2.

*Fonteſque lymphis obſtrepunt manantibus*
*Somnos quod invitet leves.*

*cum pataracina popoſciſſet*) Num legendum, *patemacina*, pro *pataracina*, quoniam præcedit de uvis? ſed quid ita tandem poſcit pateram? num ut ei imponantur? at verò pateræ potui inſerviebant. Deliberent melius alii. Cl. Gronovius ſuſpicatur *amaracina*.

*nihil eſt*) propter brevitatem ſuam, quia tranſit celerrime. Plautus in Milite A. I. ſc. 1. PY. *iſtuc quidem edepol nihil eſt. AR. nihil hercle quidem hoc.* Horat. II. ſat. 3. *Mille cadis; nihil eſt, tercentum millibus.*

N dum

*dum verſas te*) mallem ego, *dum vertis te*, niſi *verſas* quis accipiat pro, *cita vertis*, notat enim brevitatẽ temporis. Ut in jam editis, *dum loqueris, levis pruina dilabitur*. Horatius: *Dum loqvimur fugit invida ætas.*

*& mundum frigus habuimus*) Hæc ſine dubio corrupta ſunt, nec quomodo ſanari qveant, nunc quidem diſpicio. Cl. Gronovius è Martiali cenſet captum, qui l. III. ep. 58. *famem mundam* uſurpavit.

*vix me balneus calfacit*) Suſpicor ſcripſiſſe noſtrum, *vix me balneis calfeci.* poſtrema littera in vocabulo *calfecit*, adnata eſt ex ſeqventi *tamen.* Noſter alio loco, in jam editis, ad qvem reſpicitur fortasſis hiſce verbis: *Itaqve intravimus balneum, & ſudore calefacti momento temporis, ad frigidam eximus.* Sic diſtingvenda cenſeo hæc verba. Nam qvod ait, *vix me calfeci*, exponit illud, *calefacti momento temporis*, quod in allato loco occurrit.

*tamen calda potio*) Ita benè uſurpat illud *tamen*. Cato in Bimargo: *Atavi noſtri cum allium ac cæpe eorum verba olerent, tamen optimè animati erant.* Cicero in Rullum. *Hæreditatum obeundarum cauſa qvibus vos legationes dediſtis, qui ad negotium exierunt, non maximis opibus præditi: tamen auditis profecto quam graves eorum adventus ſociis veſtris eſſe ſoleant.*

*veſtiarius eſt*) Jocolariter, qvaſi probat, dum calefacit.

*ſtammatas duxi*) putavi veſtes, qvas veſtiarius ille præbebat, eſſe ſtaminatas, id eſt, eodem manentes ſtantesqve loco, nunc intelligo ambulatorias eſſe, qvoniam in cerebrum abeunt. Ludit in vo-

voce *ſtaminatas*. nam *ſtaminatæ veſtes*, quæ factæ ſunt ex ſtamine, ſicut nempe vulgo veſtes omnes ex ſtamine & ſubtemine. Sed quia ſtamen eſt à *ſtando*, dicit, veſtes eas crediddiſſe ſe ſtaturas, h. e. putasſe calidam & vinum manſurum uno loco, nunc verò longè aliud ſe intelligere, ac ſentire id in cerebro errans & vagabundum. Gronov. l. *geminatas* ſeu *heminarias*, ſex Cyathorum potione.

*planè matus ſum*) lege *planè mataus ſum*. *Mataus* eſt μάταιος. Etiam hic jocus ineſt. Nam μάταιος & *fruſtraneus* eſt, & *ineptus*. ut dupliciter posſit accipi, & pro, *fruſtraneus ſum*, nec ita evenit res, ut putaram; & pro, *ineptus ſum*, vino cerebrum lædente. Heſychius. Μάταιος, ἠλίθιος τάλας. Gloſſarium vetus, μάτην, *fruſtra*, *nequicquā*. Gron. l. *madidus*.

*in cerebrum abiit*) Plaut. Perſ. 1. ſc. 3. *Nolo in veſicam quod eat, in ventrem volo.*

*Baliſcus fullo eſt.*) Gron. l. *balneus*.

*fullo eſt*) ad inſtar proverbii uſurpat de eo, qui quotidie balneis utitur. Nempè quia proprium fullonnm, degere in aquis, ut qui veſtes lavent aqva urinis permixta. Vide, quæ notavit maximus Gronovius ad Plauti Aſin. V. ſc. 2, 57.

*dentes habet*) arrodit nos, facit corpus mollius ac fluidius. & hoc habet ſpeciem proverbii.

*mulſipultarium*) Lego diviſim, *mulſi pultarium*, i. e. vas plenum mulſi. Plinius lib. VII. c. 33. *Ædita cœna, calidam potionem in pultario popoſcit.*

*frigori lacaſim dico*) Hæc prodigioſa ſunt. Suſpicor ſcripſiſſe noſtrum, *frigori læcos indico*. Lœcos, eſt Græcum λοιγὸς, mutato γ in c. ut ab ἀμοργὴ, eſt



Digitized by Google

eſt *amurca*, à γαμήλιοι *Camelæ*. Porrò λοιγὸς mors eſt, vel exitium, ut *lacos indicere*, ſit nunciare alicui exitium & mortem. Quomodo apud Tacitum XV. cap. 61. *Ergo regredi, & indicere mortem jubetur.* Neque obſtat, quod illud λοιγὸς apud Græcos generis ſit maſculini, cum nec ſemper obſervetur genus idem utraque lingva, & iſta à temulento hoc in loco proferantur. Hæc ſcripſeram, cum Cl. Gronovius nos hic remittit ad Martialem, apud quem lib. II. ep. 59. occurrit,

λειχάζειν *cupidæ dicet avaritiæ.*

*fui enim hodie in funus*) Optimè ſuſpicatur Nob. Heinſius: *ivi*. Τὸ *ivi* pictum erat litera majuſcula à capite, indè natum vitium. *Ire* verbum ſolenne hujus rei. Donatus ad Andriam Terentii A. I. ſ. 1. *Ire proprie ad exequias. Virgilius. Ite, ait, egregias animas* &c. Porrò *ire in funus*, ut, *accedere*, *venire in funus*. Cic. de LL. II. *Pittacus omninò accedere quenquam vetat in funus*. Valens l. Si tibi ff. de Legat. III. *qui ex tribus liberis meis in funus meum venerit*. & ſic alii.

*homo bellus, tam bonus*) Quid eſt hic, *tam bonus?* quo refertur illud *tam?* Scribo planè, *jam bonus*, & expono, *jam beatus*, qui nunc vivit non in terris, ſed inter beatos. *Bonos* enim appellare defunctos ſolebant. Inſcriptio vetus apud Gruterum p. 474.

HAVE. HERME. HOMO. BONE.

Alia inſcriptio apud eundem 6. p. 284.

CONSTANTINO

ET

CONSTANTIO.

BB.

BB. BEATISSIMIS
QVE CAESS.

Id eſt. *Bonis, beatiſſimisqve.* Item pag. 349.

ÆMILIO. VALERIO. CHORINTHO.
HOMINI. BONO.
QVI. VIXIT. ANN. XXXX.

*ebuliit)* Corrige, *ebulliit.* Seneca in Apocolocynt. quem fortasſis locum noſter habuit in animo: *Et ille quidem animam ebulliit, & eo deſiit vivere videri.*

*modo, modo)* tempus breviſſimum notat. Noſter infra: *modo, modo collo ſuo circumferebat onera.*

*Hei eſt, hei)* Mallem, *heu, aſt, heu, utres,* &c. qvaſi diceret, etiamſi qui vixerunt modo, tam celeriter moriantur, nos tamen, tanquam magnum aliquid eſſemus, ſuperbimus.

*utres inflati)* Incipit philoſophari, ut ſolent aliqui, per ebrietatem. Epicharmus: φύσις ἀνθρώπων. ἀσκοὶ πεφυσημένοι. *homines natura utres, vento inflati.* Simile eſt dictum Socratis.

*minores)* mallem, *minoris.* Ita mox: *nos non pluris ſumus, quam bullæ* Horatius I. ſat. 9. *Pluris Hoc, inquam, mihi eris.* ——

*Sinitis tamen)* Hoc valdè corruptum eſt. Suſpicor, ſcripſiſſe noſtrum, *fimus tamen.* Notum eſt, conferri fimo ſtercoriqve hominem. Eo intuitu ait, videri ſibi majorem vim ineſſe ſtercori fimoqve, quam homini.

*abſtinax)* Non contemno hoc verbum. Nam ut *tenax* dicimus, & *pertinax,* cur non & *abſtinax*? Sic eſt *vigilax* apud Propertium. Apud alios alia, non non diſſimilia.



Digitized by Google

*qvinque dies aquam*) pro, *per qvinqve dies*. Livius lib. II. c. 7. *matronæ annum, ut parentem eum luxerunt*.

*in os ſuum conjicit*) Cicero de Or. *conjectis in os calculis, ſumma voce verſus multos uno ſpiritu pronunciare conſveſcebat*. Habes infra quoqve: *aquam in os ſuum non conjiciet*.

*Amicus amico.*) Terent. Phorm. III. ſc. 7. Solus eſt homo amico amicus.

*tamen abiit. At plures medici*) Poſſis intelligere de medicis multis, qui vulgo putantur diverſitate ſententiarum ægroto obeſſe. Vix tamen dubito, quin legi debeat, *abiit ad plures. Medici* &c. Plautus Trinum. II. ſc. 2. *quin prius me ad plures penetravi*, plures, ſunt mortui. vide Scaligerum ad Varronem.

14. *malus fatus*) Neſcio, an *malum fatum* ſcribi debeat, ita enim ſemper legitur in jam editis. At hoc modo eſt in noſtris etiam inferius. Nec analogia repugnat. Eſt enim *fatus, fata, fatum* adjectivum, quod pro varietate ſubſtantivi, ſub eo intellecti, poteſt eſſe alterius generis, atque alterius. Atqve ita non magis *fatum* erit rectum, ſubaudito *verbum*, quam *fatus*, ſubaudito *ſermo*. Inſcriptio vetus in foro Trajani apud ſtatuarium, p. 661. Grut. Op.

FRUCTUM. ALIUM. MERI
TORUM. SUOR. REPORTARE
FATUS. MALUS. NEGAVIT.

& alia extra portam Collatinam, in ejusdem Operis p. 663.

VIR-

VIRGINEM. ERIPUIT. FATUS MALUS.

*animi conſolatio*] ſolatur animum,& ſpem illi facit longioris vitæ,cum de cætero posſit nihil contra fatum.

*vitali lecto)* qvid eſt, *lectus vitalis*? an is, cujus uſus fuit in vita? Ita ſanè *ſæculum vitale* uſurpavit Lucretius, pro eo, quo qvis vivit.

*Multaque vivendo vitalia vincere ſæcla.*

Reperio etiam, in uſu fuiſſe aliquibus, ut adhiberi vellent in funere, quibus utebantur in vita. Inſcriptio vetus apud Briſſonium lib. VII. Form. p. 750. *Mortuum. me. quoqve. funerari. juſſi. rebus. lugubris. quibus. vivos. paravi. lecto. ſtragulis. forenſis. pænula. nigris. omnibus.* Gron. legit, *vittato*, i. e. commiſtrato.

*manumiſit aliquod*) lege, *aliquot*, cum Nob. Heinſio.

*maligne cum ploravit)* Mallem ego, *ploraris*. Porro, *maligne*, eſt *parce, parum*, quomodo apud Livium lib. XXXIX. *maligne præbere. Maligne omnia præbentibus ſuis meretricula munificentia ſuſtentabatur.* Adde Pricæum ad Apul. Mileſ. 1. p.m. 54.

*Optimè accepiſſet)* i. e. excepiſſet, tractaſſet, reſpectu alimentorum rerumqve cæterarum neceſſarium ad vitam. Terent. Eunu. V. ſc. 8. *Accipis hominem nemo melius prorſus, neque prolixius.* Donatus erudite: *accipit, paſcit.* Adde Senec. ep. 21. & Sidon. II. ep. 9. ibiqve Savaronem.

*nihil boni*) pro *aliquid*, vel *quidpiam boni*. Nempe *nihil* eſt per apocopen à *nihilum* at *nihilum* diviſim



Digitized by Google

eſt, *ne hilum*, etiam *ne* hic valet *non*, ita tota phraſis erit: *nemini non hilum boni facere oportet*, qvod eſt ſimile Plautino illi in Milite, *Jum, te non nociturum eſſe homini hac de re nemini.* Noſter infrà. *Nemini tamen nihil ſatis eſt.* Jam olim Lucilius Sat. XVII. apud Nonium, voce, *proprium.*

—— *Proprium vero nil neminem habere.*

*in puteum conjicias*) Ita ſupra: *aqvam in os ſuum conjecit.* Sed hic deeſt, *aqvam*, & neſcio, utrum non à prima manu fuerit hoc loco, *aquam ac ſi*, & illud *aquam* compendio ſcriptum, idem viſum ſit cum ſeqventi *ac*, & iccirco, velut abundans fuerit rejectum.

*antiqvus amor carcer eſt*] Per modum proverbii traducit fæminarũ ſtudia mutandi matrimonii. Iis, ait, qui diu una vixerũt cum uno, unũ amarũt, amorem illum habent pro carcere, quo concludantur, & iccirco nec ægre poſſunt ferre, ſi mariti morte ab eo liberentur. Sed ita liqvet, corrigendum eſſe, *&* *antiqvus amor*. *S* accrevit voci *&* ex fine vocis præcedentis, ita deinde factum *ſed.*

*abbas ſecrevit*] Scribendum eſt; *ab aſſe crevit*, i. e. cum initio vix haberet aſſem, factus avaritia & tenacitate poſtea eſt tam dives. Supra; *de nihilo crevit.*

*mordicus tollere*) morſu, ipſisqve adeò dentibus. Sic planè Lucilius Sat. XXVII. teſte Nonio in *mordicus.*

*Mordicus petere aurum è flamma expediat,*
*è cæno cibum.*

Dictum eſt in ſordidisſime avaros, qviqve contra-

trarii ſunt illi, qvi ut ait Perſius Sat. V. *in luto fixum poſſit tranſcendere nummum.*

* *tanquam favus*) i. e. paulatim & tarde, minimis adjiciendo minima, hoc enim modo ſolent creſcere, ut eſt notum. Infra circa finem: *quicquid tangebam, creſcebat tanquam favus.*

*reliquiſſe ſolida centum*) Non dubito, quin noſter ſcripſerit, *reliquiſſe HS. ſolida centum*, i.e. ſeſtertia ſolida centum. Nóta pecuniaria omiſſa fuit propter ſs præcedentia proxime. *Seſtertia ſolida centum* ſunt integra & plena, ſic ut illi numero n l deſit. Iſto modo *ſolidum* uſurpatur ſæpè in re nummaria; & notarunt pridem eruditi iſtas formulas; *ſolida proprietas ſolidum legatum, capere ſolidum*, & alias id genus iſta ſignificatione. Cl. Gronov. *ſolida centum* aut affectato ſolœciſmo dici, aut ſcribendum eſſe *ſolidum centiens.*

*in nummis habuit*) Non in ſuppellectile, aut bonis aliis, ſed parata pecunia. Gronov. dicit Ciceroni deberi qui ſic loquitur VIII. ad Attic. ep. 10.

*De re*) id eſt, de re ipſa, non ſpectando ejus opes, ſed conſiderando ingenium ejus. Sic dicimus, *de cætero, de reliquo.*

*lingvam caninam comedi*) Ego vero nihil uſqvam iſtiusmodi reperio de lingva canina, quare dubito de hoc loco. Forſitan de herba ejus nominis accipiendus eſt. Sed & de illa nihil tale proditur, qvod ſciam. Doceant nos alii.

*linguſus*) garrulus, dicax, rixoſus. Vocabulum alibi non facilè lectum, vide Infra.



Digitized by Google

*manu uncta, plena menſa)* Hoc ſic interpretor, fuiſſe beneficum & liberalem, & amicis libenter convivia præbuiſſe.

*malam parram pilavit)* Hoc fœdisſime depravatum eſt: ſuſpicor ſcripſiſſe vel, *male parcũ pilavit*, vel *malè imparẽ pilavit. Male pilare*, eſt improbe furtis exhaurire, dictum, ſicut *male perdere*, ac ſimilia. Feſtus: *Pilare, & compilare à Græco trahitur. Græci enim fures* φιλήτας *dicunt*. Sed fortaſſe fuerit melius, certè à ſcriptura minùs receſſerimus antiqva, ſi legamus *malam parum pilavit*, id eſt, parum ſuſtinuit erectum vultum. qvod eo magis placet, quia ſtatim ſequitur, *illius mentem ſuſtulit*, phraſi æqvivalente. *Pilare*, eſt quaſi pilis ſuffultum ſuſtentare. Servius ad Poëtæ XII. *Græci res denſas & artas* πιλώια *dicunt. Ennius Sat. II.*

*Contemptor inde loci liquidas pilatasq; ætheris oras.*

*Cum firmas & ſtabiles ſignificaret, & quaſi pilis fultas.* Sic igitur *pilare malam* dictum fuerit, ſicut apud Plautum, *columnam mento ſuffulcire*, item *os columnare*. Verba ejus ſunt in Milite A. II. ſc. 2.

*Ecce autem ædificat: columnam mente ſuffulſit ſuo.*
*Apage, non placet profecto mihi illa inædificatio.*
*Nam os columnatum poeta eſſe inaudivi barbaro.*

De cætero id noſter videtur innuere, non ſublato incesſiſſe vultu, ſed demiſſo, terramque reſpiciente, ut ſolent, quibus res parum ſuccedunt ex voto. Puto autem, ante illud, *& inter*, ponendum eſſe punctum, ut hæc verba pertineant non ad fratrem, ſed Chryſanthum ipſum.

*recor-*

Digitized by Google

*recorrexit coſtas*) pro ſimplici *correxit*. Seneca ep. 50. *Si modo ante animum noſtrum formare incipimus, & recorrigere, quam indureſcat pravitas ejus*. Eſt autem *recorrigere*, erigere, ac in rectum dare, quod ante fuit incurvum atque inclinatum. Ut *recorrigere coſtas* hic is dicatur, qui cũ ante ambulaſſet proclivis, toto corpore curvo, deinde incipit erectus incedere, uſurpeturque de eo, qui humilis ac demiſſus ab initio, poſtea factus eſt elatus.

*quantum ipſe*) Suſpicor, ſcribendum, *quantitum ipſe voluit*.

*& ille ſtips*) Gloſſæ Gr. ϛύπος, *ſtips*. Putat vir magnus, legendum eſſe *ſtipes*. Sed contrarium noſter facilè docuerit.

*longe fugit*) Eſt hoc deſumptum ex Satyris Varronianis, in quibus una cum hoc titulo. Liquet adici hoc in illos, qui exiſtunt iniquiores erga ſuos, iiſque peregrinos anteferunt. Contra quam expoſuerunt hactenus viri eruditi.

*oraculariosſervos*) Suſpicor, ſcripſiſſe noſtrum *orcularios*, non *oracularios*. Orcæ vaſa ſunt vinaria prægrandia, in quibus vina ſervabant recentia. Meminit Varro I. R. R. 13. *ſæpe ubi conditum vinum novum, orcæ in Hiſpania fervore muſti ruptæ*. Hinc ergo *ſervi orcularii*, qui vaſa illa vinaria curabant, à quibus ſcribit deceptum.

*Nunquam recte*) Hæc ſententia extat in jam editis, ſed in iis pro *nunquam*, eſt *nequaquam*.

*frunitus eſt*) fructum ex eo retulit. Lucilius lib. IX. apud Chariſium: *atque hac fruniſcor ego, ac tu*.

*ubi*

*ubi omnia quadrata currunt)* Elegans proverbium de eo, cujus arbitrio ac nutui omnia ſe accommodant, contra ipſam etiam indolem quaſi ac naturam ſuam. Quadratorum hoc eſt proprium, ut ſint fixa, & ſtabilia, unde quoque apud Ariſtotelem beatus eſt τετράγωνος, ut quem nihil facilè dejiciat à ſemel capto gradu. Contra, quæ rotundam habent figuram, ipſa illa rotunditate figuræ ſuæ circumvolvuntur, curruntqve. Ubi ergo illud quoque evenit ex voto, qvod credere nemo aut ſperare poterat, currere eleganter dicuntur omnia qvadrata.

*Et quod putas)* Hæc ſic ſcribenda diſtingvendaqve ſunt: *Et quid? Putes illum annos ſecum tuliſſe ſeptuaginta, & ſupra?* An, ait, tu exiſtimes, & perſvadere tibi posſis, fuiſſe tam provectæ ætatis? nempe ſenium benè ferebat, nec apparebat ejus ſignum aliqvod in vultu, in capillis, in reliqvo corporis habitu.

15. *ſecum tuliſſe)* h. e. vixiſſe. optimè, ac ex formula ſolenni. Inſcriptio Vetus Veronæ ad D. Clement. *Quæ. vixit. mecum. ſine. ulla. controverſia. An. XVII. M. II. D. VIII. quæ. tulit. ſecum. An. XXXXVI.* Alia apud Gruterum p. 711. *tulit. annos. quot. potuit.*

*corneolus)* durus, adverſus qvem ſenectus parum valeret. Cic. II. de N. D. ubi loqvitur de auribus: *duros & quaſi corneolos habet introitus.* Habes qvoqve apud Catullum ep. 20. *Atqui corpora ſicciora cornu habetis.*

*olim oliorum]* Puto fuiſſe, *olim moliarium,* ſuperſcripta lineola. Eſt enim *moliarius* compendioſe,

pro

ro *molierario*. *Molierarius*, ſeu *mulierarius*, qui nimio ſtudio ſectatur mulieres, easque appetit. Capitolinus in Clodio Albino cap. 11. *Mulierarius inter primos amatores*. Legitur & apud ipſum Ciceronem, ſenſu tamen fortasſis diverſo pauliſper, *manus mulieraria*. Verba ſunt pro M. Cœl. *Quaero cur fuere conantē mulieraria manus iſta de manibꝰ emiſerit*.

*omnis Minervæ homo*) Hoc proverbium puto uſurpatum vulgo de ingenioſo, variarumqve artium capace. Minerva enim artium & ingeniorum dea, ſicut notum. At hic ambigue poſitum, notat eum, qui cum quavis virgine rem habere ſtudet. Eo modo, ſicut *omnium hominum homo*, *paucorum hominum homo* uſurpatur de eo, qui omnes vel paucos qværit admittitve amicos. Nempe & *Minerva* virgo fingitur, & *homo* ſæpe notat ſervum aut famulum, ut ſit Minervæ homo, qui virgini ſervit, qui ejus adipiſcendæ gratia ad obſequia quævis etiam ſervilia ſe ſubmittit.

*ſecum tulit*) Ita Cicero de Sardanapalo lib. II. de Fin. gloriatum in epigrammate, *ſe omnes ſecum libidinum voluptates abſtuliſſe*. Habes epigramma apud eundem lib. V Qv. Tuſc.

*Hæc habeo, quæ edi, quæque exſaturata libido*
*Hauſit, at illa jacent multa & præclara relicta.*

Atqve ad hujusmodi aliquid noſter iſtis verbis reſpexit.

*nec ad cœlum*) Hoc de eo uſurpatur, qui de re nemini utili verba facit. Vult, ſermones de defunctis, & qui deſierint inter nos verſari, eſſe ſupervacuos. Vide Eraſmi Chil. c. V. 44.

quid

Digitized by Google

*quid annonæ mordet)* Scribe, *qvid annonam artet.* *Annonam artare* vel *arctare*, eſt caram eam facere. Hinc *annona arcta* ſæpe apud Svetonium.

*buccum panis)* Corrige, *buceam panis.* nam & hoc modo ſcribebant, unde *bucella.* Gloſſæ veteres. *Bucellæ*, ψώμια. Similiter reperias, in Cyrilli Gloſſario. Apud Svetonium eſt *buccea* in vita Auguſti cap. 76. *poſt horam primam noctis duas bucceas manducavi prius, qvam ungi inciperem.*

*& quomodo)* Hæc ſuſpicor ſic eſſe diſtingvenda. *Et quomodo? ſiccitas perſeverat. Jam annum eſurio.* Quomodo ait, hoc ita fit? cur non inveni? Nempe perſeverat ſiccitas, dicunt illi annonæ flagellatores, charitatis & inopiæ cauſa. At totus eſt annus, ex quo nil ex ea charitate remittitur.

*Serva me, ſervabo te)* Solennia iſtiuſmodi colluſorum dicta. *ſerva*, eſt, adjuva, promovere res meas.

*iſti majores maxillæ)* An legendum *iſtæ*, propter ſequens *maxillæ* vix opinor, quia reſpicit ædiles, potiuſque eſt Syllepſis, ut in iſto Livii. *capita conjurationis virgis caſi.*

*ſaturnalia agunt)* laute ac opipare cœnant, ſic enim fiebat in feſto Saturnalium. vide Senec. ep. 18 Porrò *agere Saturnalia*, ut *agere ferias* apud Plautum, *agere diem natalem* apud Tullium, & ſimilia.

*illos leones)* Ita infra: *nunc populus eſt domi leones* Unde conjicio, per *Leones* intelligere hic animi prompti cordatiqve homines ex vulgo, qui audebant conqveri de iſtis Ædilium injuriis, & ad pœ-

nam

Digitized by Google

nam eos depoſcere. Plautus Menæch. V. ſc. 2. *Ut ego hunc proteram leonem Gætulum.*

*erat vivere*) tum omnia jucunda lautaque erant. Sic illo *vivere* noſter alibi eſt uſus in editis. *ergo vivamus, dum licet eſſe bene.* Varro in Sat. Væ victis: *Properate vivere puera, quas ſinit ætatula, ludere, eſſe, amare.* Pro *vivere* Plautus ita uſurpavit *vitam* in Moſtell. III. ſc. 2. *vita antehac erat, nunc nobis omnia hic exciderunt.*

*Similia Sicilia interiores*] Locus fœdisſime depravatus, quem tamen poſſe ſic reſtitui, exiſtimo. *Similia Sicilia interior. Sed larvas ſic iſtas perite aptabant, ut illis Jupiter iratus fieſſet.* Hoc credo, vult, ſimilia pertuliſſe Siciliam, ſed fuiſſe, qui iſtis famis publicæ auctoribus irent obviam magno animo, eosque componerent, velut ſi Jupiter larvas. *Sicilia interior,* quomodo apud Ciceronem *Africa interior*, apud alios, alia ejuſmodi. *Perite aptabant,* quomodo apud noſtrum in editis: *dentibus folliculos perite ſpoliat.* Illud *aptare* quoque uſurpavit in jam editis noſter, & quod hic notandum eſt, peculiariter de larvis. Poteſtque videri reſpexiſſe hoc loco ad iſta. *Larvam argenteam*, ait, *attulit ſervus ſic aptatam, ut articuli ejus vertebræque laxatæ in omnem partem flecterentur.* Voluit, opinor, dicere, feciſſe quidvis ex larvis iſtis in Sicilia, ſicut ſolebant ex larvis illis in menſa, quandoquidem perterritos minis audaciaque ſua, ſibi habebant obnoxios. De larvis illis Auſonius in epiſtola Centoni præfixa, ſicut emendatur à Scaligero: *Harum vertibularum variis coagmentatis ſimulantur ſpecies mille formarum,*

*rum, Elephantus bellua, aut aper beſtia, anſer volans, & mirmullo in armis ſubſidens: venator: & latrans canis: quin & turris, & cantharus: & alia hujusmodi innumerabilium figurarum, quæ alius alio ſcientius variegat.* Nihil credo loco huic intelligendo aptius. Nam ut Jupiter, peritus rerum omnium, neſcio quid non per iram faceret ex tali larva, ſic iſti ex annonæ flagellatoribus.

*Sed memini)* Puto, illud *Sed* abundare, hucque transſumptum eſſe ex poſtrema ſyllaba verbi præcedentis.

*piper)* propter aſperam acremqve dicendi libertatem D. Hieronym. ep. ad Euſtochium: *Dulcedo arte mutata eſt, & qvadam, ut ita dicam, piperis auſteritate condita.* Item: *Itaque ut te aliquid piperis mordeat.* Habet ſpeciem proverbii. Quomodo ſupra: *diſcordia, non homo.*

*terram adurebat)* Pulchrè. quia præceſſit de planta, ideò manet in ea loqvendi ratione. Plantæ namqve ac ſativa quædam *urere* vel *adurere terras* dicuntur, cum emaciant eas fervore ſuo. Virgilius Gregor. v. 77.

*Urit enim lini campum ſeges, urit avena.*

Columella II. cap. 14. *putat aliis ſtercorari & juvari agros, aliis rurſum peruri & emaciari.* Adde reliqva. Plinius de cicere XVIII. c. 12. *ideò ſolum urit.*

*quomodo ſingulos vel pilabat, tractabat)* Suſpicor ſcripſiſſe noſtrum, *quomodo ſingulos, vah! pilabat*; ſeqvens autem *tractabat*, præcedentis *pilabat* interpretamentum eſſe, ac ex gloſſa irrepſiſſe cenſ[eo].

*Pi*

Digitized by Google

*lare*,eſt nudare pilis, calvum facere, uſurpatur-
ıe hoc loco per figuram de eo, qui acerbe duri-
rque alterum tractat, quomodo & *calvare* uſur-
ırunt. Feſtus: *Pilat, pilos habere incipit, alias pro*
*trahit pilos.*

*nec ſcemas loqvebatur*) Mallem *ſchemas*, etſi & al-
rum poſſit ſtare, cum in talibus *h* litera quando-
/e omittatur. ut, in *ſiccus*, pro σικχός, in *orcus*, pro
χὸς. *Schemas* autem, pro *ſchemata*, quomodo Plau-
s in Prologo Amph. *Ego hucproceſſi ſic cum ſervili*
*hema.* atqve ita etiam Svetonius, & alii. Ipſe no-
er in jam editis: *riſit ancilla, poſt tam frigidum ſce-*
*a.* Ubi habes pari ratione ſcriptum, ut in noſtris.
*chemas* verò *loqui*, eſt ambigue & latenter, formu-
sque obſcuris alicui convicium facere. Pro qvo
partianus in Severo uſurpavit *figurata dicere.* Ita
nim cap. 14. *Damnabantur plerique, alii, cur figurata*
*ixiſſent, ut, quod eſſet imperator verè nominis ſui, vere*
*'ertinax, vere Severus.* Sic hunc locum legit Ca-
aubonus. Quod de ſchemis dixi, nemo melius do-
uerit Quintiliano, qui ſic lib. IX. cap. 2. *Jam ad id*
*enus, qvod frequentisſimum eſt, & expectari maxime*
*redo, veniendum eſt: in qvo per qvandam ſuſpicio-*
*iem, quod non dicimus, accipi volumus, non utiqve*
*ontrarium, ut in ironia, ſed aliud latens, & auditori*
*quaſi inveniendū, quod jam ferè ſolum SCHEMA à no-*
*ſtris vocatur.* Adde cætera. Martialis lib. III. *Sche-*
*mate nec dubio, ſed aperte nominat illam.*

*ſed dilectum cum ageret*) Suſpicor, ſcribendum eſ-
ſe, *ſed dilectum ceu ageret.* Exiſtimo reſpicere ad ſe-
O veritа-

Digitized by Google

veritatem adhibitam apud Romanos in dilectu. Cognoſcebantur qvippe cauſæ cujusqve, an militare poſſet, vel non poſſet, num jure liberaretur à militia, nec ne, & qvæ alia ſunt ejuſmodi, & qvidem cura ſumma citra metum vel adulationem. Niſi mavis intelligere de dilectu Senatorum, qvalem inſtituit Auguſtus memorante Svetonio cap. 35.

*nec ſudavit, nec expuit)* licet vox creſceret, ut in illa ipſa contentione ineſſet ſimul ſvavitas, qvod eſt rarisſimum.

*neſcio qvid aſia diis babuiſſe)* lego: *neſcio quid daſi à diis babuiſſe*. Illud *daſi*, eſt Græcum δασὺ, & de contentione ac vigore ſpiritus uſurpatur. Hinc enim & apud Grammaticos δασὺ πνεῦμα, quem ſpiritum aſperum reddidere. Vult igitur, tributam ei à diis ſingularem facultatem vocis ſpiritusque, ut nunquam deficeret, etiam cum diutisſime, ac maxima cum contentione loqueretur.

*unus de nobis)* Sicut Cicero, *unus de multis*. I. Off. & Horat. Car. III. od. 11.

*pro luto emt)* Tam vilis, ob precii ſui exiguitatem. Quomodo apud Plautum in Trucul. A. II. ſc. Amator *bona ſua pro ſtercore babet*. Ita infra: *aurum pro luto baberemus*.

*devomre)* Sic Celſus II. c. 6. *Qvi ſine ullo tremore febricitans, devomre ſalivam ſuam non poteſt*. Plinius X. c. 50. *Peſtis exorta, opimas aves, & ſuopte corpore unctas devorandi*.

16. *retroverſus)* Integre pro eo, quod contracte vulgo eſt *retrorſus*, niſi quis exiſtimet diviſim *retro verſus* legendum, quomodo eſt apud Donatum ad Tere

Digitized by Google

Terentii Adelph. I. ſc. 1. ubi ait: *rurſum, eſt retro verſum, ut prorſum, prius verſum.* Cicero in Partit. *Idem quaſi ſurſum verſus retroque dicatur.* Cæterum *retroverſus creſcere*, eſt *decreſcere, minui*, quodque ſeqvitur de corda vituli, joci gratia adjicitur.

*ſed quare non habemus*] Iſtæc puto ſic legenda: *ſed quare? Non habemus ædilem trium caunearum.* Cauneæ, ſunt caricæ i.e. ficus, ut nos docet Plinius & Columella fine libri X. Hinc *trium caunearum homo*, ſicut apud Plautum in Pœnul. A. II. ſc. 1. *homo trioboli*, de eo, qui eſt pretii nullius.

*ſi nos coleos haberemus*) ſi eſſemus viri. Perſius Sat. 1.

*Hæc fierent, ſi teſticuli pars ulla paterni*
*Viveret in nobis* ——

*tantum ſibi placeret*) Petronianum. Sic enim in editis. *Nolo tibi tam valdè placeat.*

*populus eſt domi leones*) Hoc proverbium ex Græco tractum, cujus meminit Plutarchus in Sylla: οἴκοι λέοντες, ἐν ὑπαίθρῳ δ᾽ ἀλώπεκες. Conſule Eraſmum.

*hæc annona*) Δεικτικῶς illud *hæc* accipiendum, pro tali, tam arcta & chara.

*ejus coloniæ*) Mallem ego, *hujus coloniæ.* Sic enim & in præcedentibus: *hæc colonia retroverſus creſcit.*

*ita meos fruniſcar*) vetus jurandi formula, pro, ita ſalvos mihi habeam meos.

*ædilibus fieri*) hæc inepta ſunt, neqve video, qvis hic locus ſit ædilibus. Suſpicor planè, ſcripſiſſe noſtrum, *à cælitibus fieri.*

*nemo enim cælum*) Hæc verba leguntur in jam



Digitized by Google

editis, ſed iſto modo : *nemo cœlum putat, nemo jus-jurandum ſervat, nemo Jovem pluris facit. Cœlum pu-tat*, eſt æſtimat ut cœlum, à qvo hæc bona proveniant.

*jejunium ſervat*) optimè; ſic enim ſolebant in ſiccitate magna. Adſcribam verba Tertulliani, qvæ mirè faciunt ad intellectum hujus loci, ex libello ejus de Jejunio: *Sed & omnem ταπεινοφρόνησιν et ethnici agnoſcunt. cum ſtupet cœlum, & aret annus, nudipedalia denuvciantur. magiſtratus purpuras ponunt, faſces retro avertunt, precem indigitant, hoſtiam inſtaurant. Apud qvasdam verò colonias præterea annuo ritu ſaccis velati, & cinere conſperſi idolis ſuis invidiam ſupplicem objiciunt, balnea & tabernacula in nonam usque cluduntur. Unus in publico ignis apud aras, aqva nec in lancibus, Niniviticum credo juſtitium, Judaicum certe jejunium ubiqve celebratur*. Habes, ecce, hic *jejunium* ſolenne, ex prædicta cauſa, habes qvoqve *nudipedalia*, de quibus apud noſtrum ſtatim in ſeqventibus.

*Jovem pili facit*) ut Catullus: *non faciunt pili co-hortem*. Itaqve fruſtra exponunt illud *pluris*, quo eſt in vulgatis, qvaſi intelligendum ſit cum geſtu.

*opertis oculis bona ſua computant*) Non reſpiciun ad hanc cœlorum Jovisqve iram, unde ſiccitas iſt provenit, ſed ad opes tantum ſuas attendunt, & u ſufficere posſint, dant operam, ut qvoquo mod augeant, qvo fiant pares faciendo ſumptui. Hoc e *computare* iſto in loco, planè ut in iſto Taciti I. H ſtor. 22. *conjectura jam & rumore, ſenium Galbæ juventam Othonis, computantium*. Sicut hic, *compu*

*tan*

Digitized by Google

*mare ſeniū Galbæ & juventam Othonis* eſt conferre inter ſe, ac calculatione videre, quam ſint diſparia, ſic *computare bona*, numerando videre, num ſufficiant, num ſint paria rebus neceſſariis & uſibus qvotidianis. Vulgo aliter hæc verba exponunt, ſed hanc mentem eorum puto eſſe veram.

*urceatim plovebat*) *Urceatim pluere* eſt, quaſi plenis urceis effuſis. Qvomodo apud Apulejum lib. IV. Aſin. legas, *fiſtulatim fimum excutere*. Sic ab *acervus*, eſt *acervatim*, à *cuneus*, *cuneatim*. *Plovebat* autem, pro *pluebat*, ſicut apud Plautum in Prolog. Menæch. *Nam rus ut ibat, forte ut multum pluverat.*

*aut tunc*) Hæc & ſcripta, & diſtincta malè, ſic emendo: *urceatim plovebat. At nunc, aut nunquam, ita omnes ridebantur dii, tanquam mures.* Nunc, inquit, in hac ſiccitate, adeo deſcitum eſt à conſvetudine ac pietate veteri. *tanqvam mures*, puto dictum in reſpectu ad illud vetus, qvod Habet Horatius in de Arte: *Parturiunt montes, naſcetur ridiculus mus.* Hoc vult, non magis æſtimari deos, quam mures; qvorum iram riſu ulciſcimur. Conſule Athenæum lib. XIV. cap. 2.

*Dii pedes lavatos habent*) Optimè N. Henſius, *lanatos*. Sunt autem *pedes lanati*, qvaſi conſtricti vinculis, pertinetqve hoc privatim ad pedes deorum. Locus eſt Macrobii, qvi hæc explicat, lib. 1. Sat. cap. 5. *Saturnum Apollodorus alligari ait per annum laneo vinculo, & ſolvi ad diem ſibi feſtum, id eſt, menſe hoc decembri, atque inde proverbium ductum, deos*



Digitized by Google

*laneos pedes habere.* Ex his verbis liqvet, *lanatos pedes* eſſe velut conſtrictos, qui tarde veniunt, ſed poſtremo tamen veniunt, dignoqve ſupplicio afficiunt ſontes. Proverbium hoc integrum refert & Porphyrio ad Horatii III. Od. 2. hiſce verbis. *Dii imti, pedes habent lanatos*, ubi ſimul explicationem vide.

*agri jacent*) Sqvalidi nimirum ac deſerti. Virgilius III. Georg. 354.

*Sed jacet aggeribus niveis informis & alto*
*Terra gelu late* ———

*centenarius*) Qvid hic *centenarius*? Leguntur in reſcripto quodam Conſtantini *centenarii*, quos eruditisſimi viri exponunt eos, qui centeſimam hæreditatem exigunt. Centenarios exponit Salmaſius ad Capitolini Pertinacem cap. 2. procuratores, qvi ſtipendii nomine centena ſeſtertia accipiebant. Sed exiſtimo magis eſſe, ut intelligamus de eo, qui cenſum habet centum millium, qvomodo *liberti centenarii* leguntur in l. 16. ff. de jure Pat.

*melius loquere*) Formula abominantis. Dixerat Ganymedes deos laneos habere pedes. Id hic abominatur Echion. Eſt autem eadem hæc formula cum illa, *melius ominare*, item *bona verba*, de qv pluribus Briſſonius.

*Modo ſic, modo ſic*) nunc res ſeſe iſto habent modo, nunc rurſum alio. Sed verba male ſunt diſtincta &, ut cenſeo, ſic corrigenda: *Modo ſic, modo ſic, i qvit ruſticus: varium porcum perdiderat.* Eſt alluſi ad fabulam de quodam ruſtico, qui perdider porcum, & cum recipere non poſſet, iſtis ſeſe co

ſol

ſolatus erat verbis, qvæ deinde in dicterium vulgi abivere. *porcum varium* appellat, qui eſt non unius coloris, joci cauſa, & quia hoc genus deterius habetur. Quaſi tanta ſit hæc jactura, ut de ea tantopere qveratur Ganymedes. Varro II. de R.R. 4. *Qvi ſuum gregem vult habere idoneum, eligere oportet primum bona ætate, ſecundo bona forma: ea eſt cum amplitudine membrorum, præterqvam pedibus, capite, unicoloris potius, quam varias.*

*ſibi homines haberet*) Illud *homines* ſignificanter ponitur, pro iis, qui probe ac humaniter cum aliis verſantur. Hoc vult, non poteſt dici patria melior fuiſſe ſuperioribus temporibus, quam nunc eſt. Eadem manet cœli indoles, eadem terræ fertilitas, ſi modo homines humano viverent modo, nec ut feræ ſe mutuo per avaritiam, & rapiendi libidinem dilaniarent. Ita ſupra, *diſcordia, non homo.*

*nec hæc ſua*) videtur deeſſe quidpiam. Forte ſcripſit noſter: *nec hoc ſua culpa.*

*ubique medius cælus eſt*) h. e. eodem ubiqve modo ſeſe habent res humanæ, fruſtraque conqverimur de moleſtiis in hac aut iſta regione; ſicut, ubicunque fuerimus in toto terrarum orbe, cœli mediam partem ſupra nos eſſe intelligemus.

*ſi alicubi fueris*) Mallem ego, *aliubi.* Puto autem eſſe hanc ſententiam verborum: Tu ſi veneris alium in locum, perinde illum reprehendes, uti hunc reprehendis, & præ iſto miris modis hunc attolles.

*porcos coctos ambulare*) Ita loqvuntur de terra ſeu regio-

regione beata. Volant ibi aſſæ aves, natant piſces toſti, flumina vehunt mella & vina, &c.

*excellente inter duo*) Corruptum hoc eſt, & ſcribendum, *excellens*. Illud *inter duo*, cenſeo ſic dictum, ſicut dicimus *inter paucos diſertus*.

*familia laniſticia*) Sic appellat eam, qvam habeant laniſtæ emptam & ſuam ad hos ludos, qvæ conditionis fuit ſervilis, & inſtituta tali fine. Svetonius in Auguſto cap. 42. *laniſtarum familiam* appellat.

17. *eſt caldicer, ebrius*) Suſpicor, ſcribendum, *caldior*, qvod habet Varro qvoqve, pro *calidior*, & expono, *vehementior*, qui non facile remittit, quod propoſuit. Vide infra ad pag. 29.

*erit*) eſſe oportet. Ita Phædrus noſter III. cap. 11. *Erit ille notus, quem per te cognoveris*. Plautus Moſtell. II. ſc. 1. Phil. *Ubi ego ero? T. Ubi maxime eſſe vis*.

*qvod utiqve*) Hic abeſſe qvædam arbitror.

*mixcix*) Neſcio an non ſcribendum ſit, *mittix*, qvomodo dicitur *plix*, unde *complix*, item *pendix*, & *pernix*, & intelligendis is, qui mittit facile. *Mittere* namque propriè dicimur gladiatores, cum diſcedendi eis concedimus libertatem, nec depugnare ad mortem cogimus. & ſequitur ſtatim de ferro optimo, itemqve carnario, unde haud difficulter iſt conjicias. Num potius faciendum *mixias*. Heſychius: Μιξίας, ὁ μιγνύον, quaſi qui nil miſceat, ſed aut hoc velit, aut illud.

*ſine fuca*) Suſpicor, ſcribendum eſſe, *ſine fuga*, ut ſit ſenſus, non fore locum fugæ, omnibus pugnat[...]

r

ris ſine misſione ad mortem. Senec. Contr. 29. *Abſciſſa miſſione gladiator, qvem armatus fugeret, nudus inſeqvitur.*

*in medio)* Ordo: ut amphitheatrum videat carnarium in medio. *Amphitheatrum*, pro iis, qvi ſpectant in amphitheatro.

*& habet, unde relictum)* Diſtingve: *& habet unde. Relictum eſt illi. Habet, unde*, breviter eſt dictum, pro habet, unde ſumptum faciat in illud munus. Terentius ſimili modo in Adelph. I. ſc. 2. *eſt, dis gratia, & unde hæc fiant.* Plaut. Captiv. IV. ſ. 2. *Scis benè eſſe, ſi ſit unde.*

*decesſit illius pater malè)* Etiam hæc perperam diſtincta puto, & ſic emendanda: *decesſit illius pater. Male ut quadrigenta impendat. Male ut impendat*, licet impendat male, & in re non uſqve adeo commendabili pecuniam iſtam inſumat.

*jam manios*] Quid hoc eſt, *manios*? an ſcribendum *manias*? Aſinius Capito apud Feſtum: *Maniæ dicuntur deformes perſonæ.* Sed *maniæ* proprie, qvæ & *larvæ*. Martianus lib. II. de lemuribus loquens: *Si autem depravantur ex corpore, Larvæ perhibentur ac Maniæ.* Quare ſuſpicor, ſcribendum, *nanos*. Et habebant aliquando tales. Statius in Domitiani ludis.

> *Hic audax ſubit ordo pumilorum.*
> *Quos Natura brevi ſtatu peractos*
> *Nodoſum ſemel in globum ligavit*
> *Edunt vulnera, conſeruntque dextras.*



Digitized by Google

Adde Lipſium Saturn. II. cap. 4.

*mulierem eſſedariam*) ex eſſeda (vehiculum id fuit bellicum) pugnaturam. Vide Lipſ. Saturn. ubi ſimul habes plura de mulieribus gladiatoriis.

*domina ſua delectaretur*) i. e. rem cum ea haberet. *Delectari* verbum pertinens ad rem veneream Apulejus IX. Aſ. *puer adhuc adulteros ipſe delectans.* Petronius ipſe alibi: *At ipſe non indelectatus neqvitia mea.* Atque hinc *delicia*, apud Catullum & alios ſæpisſimè. *Oblectari* ſenſu parili uſurpavit Terentius.

*Seſtertiarius homo*) Sic exiſtimo vocare eum, qui cenſum habet, ſive patrimonium, mille nummos, ita dictum, ſicut ſupra *centenarius*, à ſeſtertio non nummo, verum pondere, qvod valebat nummos mille. Quæ ſumma cum ſit planè vilis, iſto titulo hominem & inopem, & in illa paupertate mire arrogantem ac ſuperbum indigitare exiſtimo. *Seſtertiarii* vocabulum habes & in Glosſis Tyronis. p. 67.

*coactus eſt facere*) Habet in animo ſimile quid illi, quod Haterius apud Senec. præf. IV. Contr. dixit, cum libertinum reum defenderet, cui objiciebatur, quod patroni concubinus fuiſſet: *Impudicitia in ingenuo crimen eſt, in ſervo neceſſitas.* Noſter infra in ſimili argumento: *nec turpe eſt, quod dominus jubet.* Illud *facere* ſenſum habet ambiguum, ut fere ſolet noſter tali modo ludere, & propius ſpectat ad hoc negocium. Alio loco apud noſtrum: *pungere me manu cœpit, & dicere, quare non facimus.* Item *ſi quid vis, fac iterum.*

*matell*

*matella*) Sic appellat proprio convicio impudicam mulierem, quaſi quæ ſubdat ſe cujuslibet libidini excernendæ.

*taurus jactaret*) Etiam hoc eſt ambiguum. *Jactare taurus* dicitur, quod cornibus in ſublime tollit ac projicit: habebantq; pilas in theatris eo fine. Martialis in Spectac. Dom. 21.

*Namq; gravem gemino cornu ſic extulit urſum*
*Jactat ut impoſitas taurus in aſtra pilas.*

Cæterum ut pilas iſtas, ſic ſæpe feras alias ſecum commiſſas jactabat, ut teſtatur Martialis idem in eopſe libro. Quia igitur præceſſit apud noſtrum, diſpenſatorem dediſſe ad beſtias, id eſt, certamen cum beſtiis in amphitheatro, ideo hic ſubditur, mulierem iſtam impudicam meruiſſe potius ejuſmodi ſupplicium. Eſt tamen qvoqve *taurus* inter improba vocabula. Diomedes lib. II. *Amphibologia fit & per homonymiam, cum dicimus taurum, & neſcias, utrum de armento, an obſcœnam corporis partem dicamus.*

*ſtratum cadit*) veſtem aut pellem, quæ inſternebatur eqvis, antè uſum ſellarum. Plin. VII. cap. 56. *Franos & ſtrata equorum Peletronium inveniſſe dicant.* Eſt autem proverbium in eos, qvi alios puniunt, alios pœna illa digniores à delinqvendo qværunt abſterrere.

*Hermogenis filiam*) quam nempe Glyco ille habebat in matrimonio, ipſa iſta, qvæ ſe ſervo ſuo ſubjecit, modo deſcripta.

*exitum factunm*) benè ac honeſtè ad finem ſe geſturam, & iccirco ei eventura omnia feliciter ac deco-

Digitized by Google

decore. Seneca ep. 115. *Exſpectarent viderentque, quem admirator auri exitum faceret*. locutio vere Petroniana. Sic enim ſtatim ab initio: *Pictura quoque non alium exitum fecit*.

*Ille miluo*) Hermogenem intelligit. Eſt autem dictum, ut opinor, in eos, qui nimium arti ac ingenio ſuo fidunt, & ob id facturos qvidvis ſe, etiam qvod impoſſibile eſt, putant. Ideo exiſtimo, poſt *reſecare*, punctum interrogationis eſſe ſcribendum, quaſi diceret: num putavit ſe facturum id, quod fieri ratione nulla potuit?

*Colubra non parit*) i. e. non eſt diſſimilis filia parentibus. Convenit dictum Theognis: *è ſquilla roſa non naſcitur, aut hyacinthus*. Adde Horatium in Odis.

*dedit ſuas*) Puto plane, legendum, *ſuos*. Intelligit enim & diſpenſatorem ejus, & una cum ipſo conjugem, quorum illum quidem dedit ad beſtias, hanc vero ad perpetuam apud omnes infamiam. Sic enim dediſſe hic intelligendus eſt.

*nec illam*) puta, *ſtigmam*, quomodo ſupra, *ſtemma loquebatur*. Sic Laberius: *Pythagoream dogmam*.

*niſi Orcus*) Pluto, ſive mors. Paulo poſt: *nec illam niſi Orcus, delebit*. Petron. in edit. *poſtqvam nos auferet Orcus*. Inſcriptio Gruteriana pag. 689. 4. *Orcus eripuit mihi*.

*eripuit Norbano*) fortè rectius, *eripiet*. Hoc vult non ſic porrò publice amatum iri Norbanum, ut hactenus, ſi tali liberalitate commendare ſeſe vale[t] Mammea.

*gladiatores ſeſtertiarios*) Paulo aliter ponuntu[r]

hic

Digitized by Google

hic, *gladiatores ſeſtertiarii*, ac ſupra *ſeſtertiarius homo*. Sunt enim plane hic, opinione mea, ſeſtertiarii gladiatores, qui ſeſtertio , vel mille nummis vendunt ſuam operam in arena. Ubi ſimul, quia hos ceu pesſimos vilisſimosqve exagitat, nonnihil de ipſorum precio conjectari poteſt.

*quos ſi ſufflaſſes*) ſpiritu vehementiore paulo adflaſſes. Loquitur ad illum pæne modum, qvo apud Plautum Artotrogus: *quojus tu legiones difflaviſti ſpiritu, quaſi ventus folia*.

*beſtiarios*) hinc ergo ſcire licet, deteriores habitos beſtiarios, qvam gladiatores.

*de lucerna*] Hoc dictum cenſeo, pro, *ad lucernam*, quomodo Plautus in Moſtellariæ III. ſ. 2. *de exemplo ædificare* dixit, quod vulgo *ad exemplum* ſolemus. Sic *de tertia vigilia* habet Livius IX. c. 44. ubi vide Cl. Gronovium. Intelligit autem eos adhibitos in convivio , quomodo Horatius, exponente Lipſio:

*Cædimur, & totidem plagis conſumimus hoſtem*
*Lento Samnites ad lumina prima duello*

Quod addit de Equitibus, manifeſte tangit Neronem. Vide Svetonium in vita ejus cap. 12.

*gallos gallinaceos*) pugnantes inter ſe, quod freqventisſimum fuit apud veteres ſpectaculum.

*burdubaſta*) Num ſcribendum, *buttubata*? Feſtus. *Buttubata Nævius pro nugatore poſuit, hoc eſt, nullius dignationis*.

*tertiarius mortuus*) Dabantur, ut nos docet Lipſius, gladiatores, qvorum alter ſuccedebat alteri interfecto. Hinc *tertiarius* , qvi ſuccedit cæſis aliis duobus

Digitized by Google

duobus. Gloſſæ: ἔφεδρος *terciarius*. Et qvoniam ſuccedit cæſo ante ſe, hinc ait fuiſſe illum *pro mortuo*, ſubſtitutum ſcilicet, ſed & ipſum mortuum, propter ignaviam, & id, quod ſequitur.

*nervia præciſa*) i. e. nervos. Verum vide, num legendum, *nervias præciſas*. Varro: *ſcientia doceat, quemadmodum in pſalterio tendamus nervias*. Item alibi. *ejus nervias tractare ſolebat*. Ego nil decerno. Nam in Nonii Codd. quibusdam pro *nervias*, *nervia* eſt reperire in Varronis hiſce verbis. Pro *habet*, *habuit* ſcribendum.

*alicujus ſtaturæ fuit*) non hic de proceritate corporis accipio *ſtaturam*, ſed de ſtatu, quem obſervabant gladiatores, ut *ſtaturæ eſſe* hoc in loco ſit, conſtantem eſſe, ſtare poſſe. Nam opponit hunc primum illi, cujus erant nervia præciſa, ut ſtare non poſſet; deinde cæteris, de quibus ſequitur, *fugæ meræ*. Itaque *ſtaturæ alicujus eſſe* ita dictum, ſicut *indolis bonæ eſſe*. *Statura* idem eſt, ac *ſtatio*, ſicut *ſcriptio* & *ſcriptura*, *menſio* & *menſura*.

*ad dictata*) h. e. ut opinor, non ſponte ſua, ſed prout imperabatnr ipſi à ſpectatoribus, quod fuit proprium gladiatorum ignavorum. Vide Lipſ. I. Sat. cap. 22.

18. *ſecti ſunt*) Quid hoc eſt? num idem, ac, *vulnerati ſunt*? num legendum, *interfecti ſunt*? Placet alterum: ſic enim propriè locuti de gladiatoribus videntur, eratqve proprium huic ludo, ut poſt ſectionem iſtam impetrarent veniam. Juvenal. II. Sat.

*—— Sergiolus jam radere guttur*
*Cœperat, & ſecto requiem ſperare lacerto.*

*adb*

*adbebete acceperunt*) Suſpicor, ſcribendum eſſe, *ac bebete acceſſerant*. Dicit, non fuiſſe gladiatores ſelectos, ſed vulgares ex turba gladiatorum, eosque peſſimos.

*fuga mera*) h. e. qui nil poſſent, niſi fugere. Sic Cicero *nugas meras* dixit, lib. VI. Att. ep. 3. *Quid eſt igitur, quod laborem? amicos habet meras nugas.*

*ego tibi plodo*] applaudo. Liquet autem ex hoc loco, in muneribus plauſu proſequi conſveviſſe munerum illorum auctores.

*qvi pote loqvere non loqvi*) Ordo verborum à librario ſupino eſt turbatus. Scribo, *qui potes loqui, non loqvere.*

*noſtra, faſcia*) Conjunge: *noſtra faſcia*. Sic proverbiali genere vocat eum, qvi eſt alienus ab ipſorum conſortio. *Unius faſcia* dicuntur generis unius, unius ſocietatis. forſitan, quod in militia ſignum militare eſſet faſcia, quam deinde bandum appellarunt, ſociiqve forent ac conjuncti inter ſe, qui ſub eodem militabant ſigno. Vide tamen, num legendum ſit, *farina*. Perſius V. v. 115.

—— *cum fueris noſtra paulo ante farina.*

*pauperorum*) Mallem ego, *pauperiorum.*

*pra literas*) Scribendum eſt, *pra litteris*. Ita ſupra, *pra mole ſua*, ubi vide, quæ notavi.

*fatuum eſſe*) ludit ambiguitate vocis, more ſuo. Dixerat ſuperius ad Agamemnonem, poſſe loqui, etiamſi non loqvatur. Id repetit hoc loco, addita cauſſa, quia ſit inſtructus literis, & doctus. Sed repetit vocabulo ambiguo. *Fatuus* enim eſt, & qui fari poteſt, & qui eſt ineptus ſtolidusqve. Omninò

enim

Digitized by Google

enim *fatui* vox honeſta fuit, itaque omnes dicti ſunt initio *vates*, nec hi tantum, ſed & pueri, qui didiciſſent fari. Volunt verba Varronis lib. V. de LL. *Fatur is, qvi primum homo ſignificabilem ore emittit vocem. Ab eo, antequam ita faciant, pueri dicuntur infantes, cum id faciunt, jam fari: cum hoc vocabulum à ſimilitudine vocis pueri, ac fatuus, fari ſit dictum.* Ita ſcribo non *fari id dictum*, ut eſt in vulgatis. Sententia eſt iſta, puerum infantem dici, quamdiu non loqvatur, poſtquam loqui ac fari didicerit, vocari fatuum. Fatuus ergo, qui ſcit loqui. Donatus ad Eunu. Terent. A. V. ſc. 8. *A fando, fatuus dicitur.* Sed quia ferè, qui loqvuntur multum, ſunt inepti ſtolidiqve, hinc de ipſis quoque uſurpatum hoc vocabulum. Quo proinde ludit noſter, nec modo litteratos loqui multa poſſe innuit, ſed & ex litteris quandoque ſtolidos fieri. Id quod proverbio circumlatum intelligimus etiam ex iſto Feſti ad Paulum Actor. c. 26. *Inſanis Paule, multa te littera ad inſaniam convertunt.*

*te perſvadeam)* Ennius apud Servium P. Danieli *Qvis te perſvaſit?* Vide Merulæ frag. p. 39. Apuleji lib. IX. *Tunc uxorem ejus ſvaſit, ac deniqne perſvaſit, ſ[...] cederet paululum.* Idem paulo poſt: *identidem ſ[...] debat maritum, temporius quieti decedere.* Non o[...] ſervarunt etiam recentiſſimi editores, ideoqve p[...] *ſvadebat*, perperam poſuere comma. Ad eund[...] modum verbo ſimplici eſt uſus Tertullianus in hab. mul. *Tu es, qua eum ſvaſiſti, quem diabolus agg[...] di non valuit.* De Eva loquitur, cui manducation[...] pomi diabolus perſvaſerat. Noſter infra iter[...]

*perſ[...]*

*perſvadeo hoſpitem noſtrum*. Cæterum *perſvadeam*, videtur poſitum, ut apud Symmachum, *exbibeam*, apud Sidonium *taceam, indulgeam, gaudeam, ſtudeā*, & alia id genus, de quibus conſulendus Voſſius III. Anal. c. 34. Niſi qvis exiſtimet, poſt, *noſtras*, collocandam eſſe interrogationem: id qvod mihi non diſpliceret.

*belle erit*) ſc. nobis. vivemus jucunde ac hilariter.

*inveniemus ergo*) Illud *ergo* non placet. forſitan ſcribendum atqve diſtingvendum eſt: *inveniemus, large unde ſaturi fiamus*. Sed nil definio.

*Etiam tibi diſcipulus creſcit*) ita ſupra: *etiam videte, qvam porcus ille comoderit*. Plaut. Aulul. II. ſ. 75. *Qvid nunc? etiam mihi deſpondes filiam? Creſcit tibi*, ut mox evadat tuus, ut tu eum habeas diſcipulum. Noſter in jam editis: *Paſcitur gallina tibi, gallus ſpado*. Plautus Bach. III. ſc. 3. *Mihi diſcipulus, tibi ſodalis periit*.

*jam quatuor parti dicit*) Infra: p. 48. *decem partes dicit*. Itaqve hic ſcribe, *partis*, i. e. *partes*, qvomodo ſolet etiam in aliis. Sed qvænam ſunt hæ partes qvatuor? Exiſtimo de partibus Grammaticæ ſermonem eſſe, qvas fuiſſe qvatuor apud veteres docet nos Gerh. Voſſius.

*habebis ad latus*) Hoc ita dicitur, ut *habebis ad manus*. Benè autem, *ad latus*; ſic enim proprie de diſcipulis. Cic. in Lælio: *Ego à patre ita eram deductus ad Scævolam, ſumpta virili toga, ut quoad poſſem & liceret, à ſenis latere nunquam diſcederem*.

*caput de tabula non tollit*] per proverbii modum de aſſiduo uſurpatur. tabulam ſeu librum continuo



Digitized by Google

inſpicit. Similiter *manum de menſa tollere* dixit Varro II. Prometh.

*bono filo)* bona ſpecie ac forma. Lucret. IV.

*Sunt igitur jam formarum veſtigia certa*
*Quæ vulgo volitant ſubtili prædita filo.*

Plautus Merc. IV. ſ. 4. *Satis ſcitum filum mulieris.* Confer Gellium. I. cap. 9. & XIV. cap. 4.

*etiamſi tum naves* ) Corrigo : *etiamſi tam navus.* Sententia, licet ſit tam diligens & asſiduus in libris, tamen bono filo eſt. Attendit ad id , quod vulgo lucubrationes nimiæ pertinaxqve ſtudium pallidos & macilentos reddit.

*morboſus eſt*) An hic abeſt negatio , *non morboſus eſt?*

*tres cardeles*) Vix dubito, qvin rectum ſit, *tres cardueles.* Sane cardueles etiam apud veteres Romanos fuiſſe in deliciis, artes varias efficere , & imitari voces edoctas licet facile ex Plinio colligere. Vide lib. VII. cap. 42.

*& dixi, qvod muſtella)* Optime. Conſule Vosſium in de Conſtr. cap. 62.

*muſtella*) felis, ut qvidem putat Rigaltius ad Phædrum. Sed poſſumus de muſtela vera hic accipere *Muſtela* dico. Sic enim malo , quam *muſtella* , ut hic legitur.

*alias nervas & libentiſſime*) Corrigo : *alias novas* puta , *cardueles.* Seqvitur deinde nova periodo : *Et libententisſime pingit* ubi *&* , eſt *Etiam.*

*calcem impingit*) dimittit eas à ſe : qvaſi jam ſati didicerit. Eſt enim hæc per faſtidium rejicient qvidpiam conſvetudo.

ſi

Digitized by Google

*ſed venit dem literas*) Mutilus hic locus eſt, nec divinando facilè reſtituetur. Tamen neſcio, annon id ipſum continuerit, qvod ſeqvitur, *ſed non vult laborare*. Mihi certè gloſſam ſapit, vel propter iſtam inconcinnam conjunctionis ejusdem repetitionem.

*ſed curioſus*) Delectatur voce hac Petronius freqventer, etiam in editis. Unum locum adducam, noſtro non multum abſimilem: *neque eſt, quod curioſum aliqvem extimeſcat*. Eſt hic *curioſus*, qui noviſſe qværit facta ipſorum. Sic in noſtris, qvi non qvidem doctus, ſcire tamen multa & recondita, diſcereqve paratus eſt.

*qvam ſcit*) hæc joco dicuntur, ab homine ebrio.

*libra rubricata*) Corrige, *libros rubricatos*, vel *rubricata*, ut ſubaudiatur, *legis*, ſitqve ita dictum, ſicut apud Juvenalem Sat. XIV. v. 192. ponuntur *rubræ leges*.

*Scribe puer, cauſſas ago, perlege rubras*
*Majorum leges* ——

Porrò *rubricatæ leges*, vel *libri rubricati* ita dicti ſũt, qvia capita & tituli librorum juris minio fuerunt notati. Unde rubricarum freqvens mentio, & apud Perſium Sat. V. *Rubrica Maſuri*, ſcripta Conſultiſſimi ejus viri Juridica.

*habet hæc res panem*) Ad eundem modum iſtoc dicitur, ut *res habet offenſionem, periculum, uſum*, & id genus. Sidonius V. Car. *Otia frigus habent*.

*literis*) peculiari notione, prout notant ſcientiam nonnullam ſcribendi ac dicendi, ex qva *litteratorum* nomen, oppoſitum *eruditorum* nomini Sve-



Digitized by Google

ton. in lib. de III. Gram. cap. 4. *Cornelius Nepos in libello, qvo diſtingvit literatum ab erudito, literatos vulgo ait appellari eos, qvi aliqvid diligenter & acute ſcienterque posſint aut dicere, aut ſcribere.*

*deſtinavi illum*) Hæc verba ſatis depravata ſunt, &, ut cenſeo, ſic emendanda: *deſtinavi, illum artificium docere aut tonſtreinum, aut præconem*, &c. *Deſtinavi, docere illum*, eſt, deſtinavi, ut doceat illũ. Nam *deſtinare* hic eſt abſolute poſitum, pro *conſtituere apud ſe*. Quomodo Vellejus II. cap 110. *pars ſuis ſedibus præſidium eſſe, deſtinaverat*. Sed qvid illud *tonſtreinum*? Puto eſſe à *tonſtrinus*, & intelligi tonſo-rem, qvem ſic cenſeo vocatum, qvod ſit in tonſtri-na. Sicuti *cupidicinus* eſt in glosſis pro eo, *qui cupid-eſt in cœnis*. Martialis lib. IV. ep. ad Lupum, ratio-ne non multum disſimili. *Artes diſcere vult pecu-nioſas! Fac diſcat citharædus, aut choraules.*

19. *circumferebat onera venalia*) Quænam eran illa onera? Puto ego, bajulum fuiſſe circumforan alicujus, ejusqve res venales circumtuliſſe per pla teas: Niſi malis, *olem venalia*; nam *onera* non ſat placet.

*ſe extendit*) Puto divitem, multisqve agris inſtr ctum innuere. nam *extendere ſe* hoc loco, ſicut e arbitror, *proferre res ſuas & amplificare*. *Adverſ Norbanum* accipio, pro è regione ejus, ex adver prædiorum Norbani, vicini fortasſis hujus Phile nis, atqve divitis.

*theſaurum eſt*) An hoc retinendum? Plautus A lul. II. ſc. 2.



Digitized by Google

*Credo ego jam illum inaudiſſe, mihi eſſe theſaurum*
*Id inhiat* ——— *(domi.*

Scio, Voſſium cenſere, illud *Id* hic poni pro *ideo*, ut ſit alio loco, verum haud ſatisfacit. Adſcribam, qvod obſervat Barthius lib. XXXI. Adver. cap. 6. Dicit ibi, codicem ſe habuiſſe Plauti Mſ. qui Taubmanni qvondam fuerat, ex eo ita notat: *Auri theſaurum clam omnis, in medio foco. Mſ. gloſſam iſtam præfert: Nota, theſaurum neutro genere dici. Sanè futilem non eſſe puto, & reſpexiſſe ad illud, quod ſequitur: Nunquam indicare id filio voluit ſuo. Sed & tertio loco, ubi vulgo legitur; quam cum theſaurum commonſtraret filio. Mſ. quam id theſaurum. Quod ego interpolatum ab iis arbitror, qui verſum in veteri ſcriptura claudicare putaverunt. Cum verius ſit, more Plauti M, & Comico non elidatur.* Hæc, ut dixi, Barthius, quæ non parum noſtra firmant.

*vibrabant*) neutraliter, pro, hinc inde jactatæ ſonabant. Elegans & appoſitum verbum, unde *vibrans oratio* apud Tullium, *vibrantes ſententiæ*, apud Fabium. Sed & noſter adhibet in talibus, ut conſtat ex jam ante publicatis. Et in re alia parili modo; *pilæ inter manus luſu expellente, vibrabant*

*deterſa fronte ungvento, manus lavit)* Non ſatis hoc intelligo. Quomodo enim frons detergitur ungvento? Alibi fit ſpongia, vel pallio apud noſtrum, non ungvento. Credo ſcripſiſſe, *deterſo fronte ungvento.* Deterſo fronte, eſt, terſo de fronte. Quomodo in editis: *Pierio defundes pectore verba*, profundes de pectore Pierio. Item, *detraxit humeris laciniam*, pro, traxit de humeris.

*venter mihi non reſpondit*) non fecit officium ſuum, non exſolvit debitū ſuum. Tracta ratio loquendi à debitoribus, qui cum omittunt facere, quod debent, *non reſpondere* dicuntur. Cic. XVI. ep. 2. *fit ſæpe, ut ii, qui debent, non reſpondeant ad tempus*. Quia itaque venter ei erat lubricus, nec continebat cibos, ſicut oportuerat, non reſpondiſſe dicitur. Atqve ita forte non incommodè explicare licet iſta verba. Magis tamen inclino, ut exiſtimem hoc ita poſitum, ut apud Svetonium, *villa non reſpondet*. Extant verba vita Julii cap. 46. *villa non tota ad animū ei reſponderat*. Fuſcus apud Sen. Cont. 9. *quod pium ad manuū argumentū eſt, nēpe quia abdicāti reſpōdeo*. Ennodius I. ep. 6. *nō reſpondentia cultoribus arva*.

*nec medici ſe inveniunt*) Benè. opinor. Medici ſe non inveniunt; cum qværunt mederi alicui, ſed medicinam nullam reperiunt efficacem ac idoneam. Nam vocabulum *medici* ſignificanter ponitur, & cum efficacia pro iis, qui re vera medentur, non ſolum illis, qui medendi profitentur artem. Quaſi diceret, quæſiviſſe quidem ſatisfacere nomini ac profesſioni ſuæ, voluiſſeqve ipſo opere eſſe, ſed non inveniſſe ſeſe tales medicos. Sic hunc locum explico. Petronius in de bello Civ.

——— *quærit ſe natura, nec invenit*.

Ovid. Epiſt. Sapphus. *Poſtquam ſe dolor invenit*. Sic enim ibi habere Mſs. optima, Gronovi9 docuit. Ruricius II. ep. 9. *cum me in me non inveniam*.

*maleicorum, & tæda, ex aceto*) Scribe, *maleicorii*. Tædæ decoctæ in aceto meminit Plinius, ſed contra dentium dolores, non hunc morbum.

pu

*pudorem ſibi imponit*) Suſpicor, *pudere, ni ſibi imponit*. Illud *pudere*, poſitum eſt abſolute, ut in illo Ciceronis I. de Orat. *Quem non pudet, hunc pœnā dignum judico*. Sibi imponere ventrem dicit, quando non continet, quia novis aliis atque aliis, ipſiqve ingratisſimis remediis ac potionibus onerabitur.

*mihi ſonat, putet taurum*) ſcilicet, *ſonare*, & mugitum edere. Niſi velis legere, *putes eſſe taurum*, & potuit ob literarum ſimilitudinē excidiſſe iſta vocula. Cæterum ſic Plautus, *crepitat mihi venter vacuus, crepant tibi inteſtina*.

*ſua res cauſſa*) Illud, *cauſa*, gloſſema videtur. *Sua re*, eſt *ex ſua re*, omiſſa præpoſitione. vide infr.

*facere*) ſcilicet, quod natura exigit. Sic infra: *cæpit ad ſtellas facere*. Suſpicor ſic uſurpaſſe Plautum IV. ſc. 7. v. 81. ubi ait:

—— *tunc etiam cubitare ſolitus es in cunis puer?*
*SI. Scilicet. B Aetiāne facere ſolit9. es. ſcin quid loqvar?*

Novi aliter hoc explicare doctos, ſcilicet ut turpiculum quid denotet; nec repugno. Tantum illa ipſa verbi ambiguitate puto ludi, ut non infrequens eſt Plauto. Conveniun tutiqve, cubitare in cunis, atque facere illo, quo dicebam, ſenſu.

*Solide natus eſt*) ſic compacte, ut nihil intus ſit ſpirituum, qui ſubinde deſiderant exire. Vere Petronianum. Sic enim in editis: *Ita vero, inquam ego, tanquam ſolidos alligaturus, quibus non ſoleat venter injuriam facere*.

*quam continere*) abſolutè: Ita mox: *medici vetant continere*. Sic *continentiam* abſolutè poſuit

Svetonius in Claudio cap. 32. *dicitur meditatus edictum, qvo veniam daret ſtatum crepitumqve ventris in convivio emittendi: cum periclitatum quendam præ pudore ex continentia reperiſſet.*

*deſomnem facere*) eripere mihi ſomnum, bombis tuis. Sic *depilis, deplumis* extat apud alios.

*omnia foras*) ita ſupra: *domi leones, foras vulpes.* Et in iam editis *G. noſter foras cœnat.*

*aqua, laſſant, & cæteri minutalia*) Scribe, *aqua, laſanum. & cætera minutalia.* Per *minutalia* intelligit cum alia, tum lignum, cum adhærente ſpongia, de qua Seneca ep. 70. *lignum, quod ad emundāda obſcœna adhærente ſpongia poſitum eſt, totum in gulam farſit.* Sunt autem *minutalia* dicta à *minutal*, quod ſignificat minutum qualecunque. habesque *minutalia* etiam in Gloſſis Tyronis cap. 10. p. 51.

*anathimia is ſi in cerebrum it*) Mirè hæc corrupta ſunt. Scribe confidenter cum Cl. Gronovio, *anathymiaſis in cerebrum it.* Ἀναθυμίασις Græce, vapor eſt, & exhalatio, quæ hic de ventris flatibus intelligenda. *In cerebrum it*, ad eundem modum, ſicut ſupra, *vinum mihi in cerebrum abiit.*

*fluctus facit*) ita eleganter illos flatuum diſcurſus cum boatu ſeu mugitu, fluctuum, inſtar, deſcribit.

*ſibi verum dicere*) Quid? an ſcribendum, *dici*: Sed exiſtimo cohærere, *nolunt dicere verum ſibi.* Illud *ſibi* eleganter ponitur pro eo, qvod ad uſus commodaque eorum valet. Senſus eſt, etiamſi ſentiāt, quid exigat natura, nolunt tamen illud fateri, ac ſic palam dicere verum, qvod ipſis tamen foret utile.

*caſtigamus crebris potiunculis riſum*) erumpentem coer-

Digitized by Google

coercemus atque impedimus. Eleganter. Statius lib. IX. Theb. de equo loquens: *nodis & caſtigata jubarum libertas.*

*quo ajunt, divo)* N. Heinſius: *quod ajunt: clivo.* rectisſimè. Porrò *laborare in medio clivo rei,* ille dicitur, cui pars illius maxima ſupereſt conficienda.

*Nam cum mundatis)* Perperam. Legendum, *namque mundatis,* aut quid ſimile. Proximè abierimus à ſcriptura veteri, ſi legerimus, *tum.*

*capiſtris)* ad ora revinctis, quibus poſſent, qvo eſſet lubitum, deduci. Martialis lib. I. epig. 84.

*Parca purpureis aper capiſtris.*

*tintinabulis)* ad collum adpenſis, quibus ad ſpectaculum ipſarum vulgo traherentur. Hunc enim puto fuiſſe ſcopum iſtorum tintinabulorum. Ita habes aſinum, *tintinabulis perargutis exornatum* apud Apulejum lib. X.

*porcos, ſicut in circulis mos eſt, portenta aliqua facturos)* ludos, & cumprimis ſaltus admirandos per rotas, & id genus, quod alias petauriſtæ ipſi facere conſveverunt, & ſurſum deorſum per aera ſe librare, volitantium inſtar, perque orbes cito ſaltu ſe tranſmittere. De quo Manilius lib. V.

*Ad numeros etiam ille ciet cognata per artem*
*Corpora, quæ valida ſaliunt excuſſa petauro,*
*Alternosq; cient motus: elatus & ille*
*Nunc jacet, atq; hujus caſu ſuſpenditur ille*
*Membraq; per flammas, orbesq; emiſſa flagrãtes*
*Molliter ut liqvidis per humũ ponuntur in undis.*
*Delphiumq; ſuo per inane imitantia motu*
*Et viduata volant pennis & in aëre ludunt.*



Digitized by Google

Hæc ergo talia interdum & quadrupedes docebant facere, populoqve in circulis oſtentabant, quæ res duravit ad noſtra uſqve tempora, meminimusque nos eqvulei, capræ, catulorum, qui hac arte plebem oblectarent.

20. *ſtatim fieri*) grandius, pro parari, mactari. quomodo victimæ dicuntur *fieri*, cum mactantur diis. vide Briſson. Niſi malimus, culinare verbum eſſe, proprieqve de præparatione ciborum uſurpari, quod mihi placet. Ut intelligatur, *coctum fieri*, quod uſurpat noſter in ſeqventibus. Plautus Aulul. III. ſc. 3. *Coquite, facite, feſtinate nunc jam, quantum lubet.* Malè corrigunt nonnulli, *farcite*. Martialis XIII. ep. 55. de perna:

*Cerretana mihi fiet, vel maſſa licebit*

*De Menapis; lauti de petaſone vorent.*

*penthiacum*) Hoc quid ſit, non aſſequor. Putes, *penthicum* ſcribendum & jungendum gallinaceo eſſe, ut ſit πενθικὸς gallinaceus, forte quia Nocti ſacer.

*diligenter ponas*) Etiam hoc culinare verbum; pertinetque ad coquos, præparantes cibos. Martialis lib. XI. ep. 86.

*Hinc exit varium coco minutal,*

*Ut lentem poſitam, fabamque credas.*

*potentia admonitum*) h. e. potenter, validè, vehementer, ut ſit ablativus. Verum ego mallem, *potentiæ admonitum*, iſto ſenſu: fuiſſe coqvum admonitum per iſta heri verba potentiæ, quam herus in ipſum haberet, metuque ejus. Cic. in Top. *ut ven Veliam, tuaque & tuos vidi admonitus hujus ar alie*

Digitized by Google

*alieni, nolui deeſſe ne tacitæ quidem flagitationi tuæ.*

*ad nos vultu reſpexit*) Petronianum. Ut in editis: *reſpicens ad Eumolpum.*

*bonum faciatis*) Hoc non bene intelligo, ſuſpicorqve, legendum: *boni nunc faciatis.* Illud, *boni nunc*, una voce atqve junctim fuit ſcriptum, ita ex *nunc*, facta ſyllaba poſterior in *bonum.* Sed tamen melius fuerit retinere lectionem veterem. Sic enim & Martialis lib. V. ep. ad Turanium.

*Vinum tu facies bonum, bibendo.*

Formula eſt modeſte excuſantis tenuitatem rei appoſitæ.

*Tamcinentibus*) Num legendum, *Taracinenſibus*? Pomponius Mela II. cap. 4. *Sinueſſa, Liris, Minturnæ, Formiæ, Fundi, Taracina, Circes domus.* De Neronis profuſione in prædiis inſtruendis dilatandisqve, qua de agitur hoc loco, Svetonius abunde, & plerique veteres.

*ego autem*] Hic *autem* eſt, *enim.* Quale quid & apud veteres Jurisconſultos obſervaſſe ſe Briſſonius commemorat. Infra noſter: *In anguſtiis autem amici apparent.*

*ſi cauſſas non ago, in diviſione)* Non exiſtimo ſe benè hæc habere. Quid enim, *in diviſione*? Scio, diviſionem partem eſſe declamationis, exercitiive apud Rhetores, & jam pridem dixi aliqva in opuſculo de Stylo. Verum ea non pertinet ad literas, ſed cauſas. Puto igitur oportere diſtingvi: *ſi cauſas non ago in diviſione, tamen literas didici.* Cauſas agi in diviſio-

Digitized by Google

viſione puto, cum ad diviſionem factam ſingulæ illarum explicantur partes.

*alteram latinam*) Mallem, *alteras latinas*, quia ſermo eſt de bibliothecis tribus.

*periſtaſin declamationis*) περιςάσεις, quas & *attributa*, & *elementa* vocant, ſunt ea omnia, quæ ad perſonam, rem, locum, tempus, modum, cauſſam pertinent alicujus facti, ut oſtendimus in Notis ad Anonymi Rhetorica. Ergo, *dicere periſtaſin declamationis*, nil eſt aliud, quam explicare ſeu enarrare factum, cum omnibus ſuis circumſtantiis, de quo habenda declamatio. Ideo & ſtatim poſt ſic incipit Agamemnon: *Pauper & dives inimici erant.* Vult narrare factum, & ſic tradere argumentum declamationis.

21. *urbane*) quid ita? quia per hoc, dum neſcire ſeſe ait Trimalcio, quid ſit pauper, divitias ſuas inſinuat, quæ ſcilicet non ſinant eum hoc noviſſe.

*nihil eſt*) controverſia nempe. Nam ſi revera ita factum, ſicut tu nunc memoras, quis erit locus controverſiæ. Poſtulat enim ea rem dubiam, ſive in perſona, ſive in tempore, ſive in loco, ſive in re quapiam alia. At tu iſta profers, tanquã indubia. Hunc puto eſſe loci ſenſum. Plaut. Captiv.

*At nihil eſt, ignotum ad illum mittere, operã luſerit.*

*poricino*) Ulyſſes *poricinus* hic eſt, opinor, ab antiquo *porico*, pro quo deinde dixerunt *porigo*, & *porrigo*, quanquam fortè rectius ſit *poricivo*, quomodo à *cado*, eſt *cadivus*, atque ita accipi de eo poteſt, qui porrexit quidpiam Cyclopi, vinum forte, nam fabul

bula, quam reſpicit, ignota eſt. nec apud Homerũ extat, quod cum his conveniat. Poſtremo credi poteſt, tale quid finxiſſe Trimalcion, ut ſolent præfidentes, & jactabundi, licet imperiti rerum, nam & quod ſequitur de Sibylla Cumana, alias non legitur, & mox *inſolentia* Trimalcionis expreſsè notatur.

*in ampulla pendere*] Adſcribam verba Juſtini Martyris de hac Sibylla, ut oſtendant hominis libertatem loqvendi. Extant in Cohortatione ejus iſto ſenſu: *Hanc Sibyllam Babylone ortam ad Campaniæ oras neſcio quomodo perveniſſe ferunt, ubi reſponſa dedit, in urbe, cui Cumæ nomen eſt, ſexto à Bajis lapide. Vidimus ſane, ea in urbe cum eſſemus, locum qvendam, ubi Baſilicam ingentem uno fabrefactam ſaxo conſpeximus. In media baſilica nobis oſtenderunt tria ſolia, ex eodem exciſa lapide, quibus aqva repletis laviſſe ibi eam, & ſtola ſumpta in penitiſſimam ſe baſilicæ ædem, eodem extructam ſaxo abdere, atqve in media ea æde ſuper ſublimiore gradu & throno conſidere ſolidam, & ſortes ad eum modum promulgaſſe dixerunt.* Hic planè nulla mentio ampullæ. Neque ſcio, quomodo pependerit in ampulla, niſi forte, ſicut ceneres in urnis, ſuſpenſa fuerit in ea ad tectum illius baſilicæ, quam Juſtinus deſcribit.

*Sibylla totbilis*) Corrige: *Sibylla, ti thelis?* Σιϐύλλα, τι θέλεις? h. e. *Sibylla, quid cupis?*

*apotban in belo*) Scribe: *Apothanin thelo*, ἀποθανεῖν θέλω, h. e. *mori deſidero.*

*cuminum non conjeciſſe*) abſolutè, pro conjeciſſe in porcum coctum. Hoc autem volunt iſta verba, co-

qvum

qvum hoc excuſare per oblivionem ſuam, quaſi res ſit minuta, quæ oblivioni poſſit tradi, ut ſi piper omiſſum eſſet, aut cuminum.

*deprecari*) Petronius in editis: *diſpenſatoremque deprecari ſumus, ſervo remittere pœnam.*

*ſolet fieri*) Rurſum Petronius alio loco: *Solent, inquit, hæc fieri, & præcipue in hac civitate.* Seneca in Apoc. *Hoc fieri ſolet?* Martial. VI. Ep. ad Tuccam.

*Tucca, ſolet fieri, denique Tucca licet.*

*pro illo rogabit*) Optime. Phædrus noſter lib. III. cap. 3. *Damnum haud recuſant, tantum pro vita rogant.* Ubi vide, quæ notavi.

*crudeliſſimæ ſeveritatis non potui me tenere*) Et hoc bene, nam ſubaudiendum, *cauſſa*, quaſi diceret propter ſeveritatem illam crudeliſſimam non potui. Salluſtius: *Exercitum opprimendæ libertatis habet.* Cic. 2. de Or. *Cum ille ſe cuſtodiæ diceret in caſtris remanſiſſe.*

*Hic debet ſervus eſſe nequiſſimus*) Ita ſolet Petronius, etiam in editis. Ut: *hic neſcio quid boni debet eſſe.* Pro, eſt ſine ullo dubio. Sulpitius Severus Epig. I. *Hic homo debet homicida eſſe.*

22. *Aliquis obliviſceretur*) Eleganter, omiſſa interrogationis particula, *an*. Vide infra.

*extentemre*] Corrige, *exentemre*, ut ſupra.

*hinc atque illinc*) ab hac atque illa parte. Florus IV. c. 2. *Trecenta amplius millia hinc vel illinc, præter auxilia regum.*

*tomacula cum betulcus*) Corrige, *cum botulis*; vel *botellis*. Botuli ex inteſtinis. Itaque præbebant ſpeciem



Digitized by Google

ciem porci non exenterati. Erant autem in deliciis apud veteres, ut notum.

*poſt hoc automaton*) Optimè. Intelligendum autem eſt *automaton* de facto coci, quod ipſe proprio inſtinctu, nemine petẽte, aut ſuggerente ſuſceperat. Gloſſæ veteres eruditisſimæ. *αὐτόματος, per ſe, injuſſus, ſponte.*

*Gajo feliciter*) benè precantur Trimalcioni, hoc enim prænomen ejus fuit. Neqve aliter habent pridem editi. Inſcriptio poſtis tricliniaris, ſupra memorata. *G. POMPEJO.* item paulò poſt: *G. NOSTER.* (Ita habent libri veteres conſenſu maximo, non ut noſter, CN.) Semper prænomen ejus per G. ſignatur, quod *Gajum* denotat. Vide Probum à Cl. Ernſtio publicatum. Putat qvidem Janus Douza l. Præc. 14. CN. utrobique oportere ſcribi, quia *Cneus* fuerit Pompei Prænomen. Sed non magis *Cnei*, quam *Gai*, ſive *Cai* dicti ſunt Pompei, uti liquet ex Inſcriptionibus apud Gruterum ſatis multis. Quare fruſtra hic de mutatione cogitatur. De *Feliciter*, Briſſonius videri debet, & Phædrus noſter, V. cap. 2.

*potione onerntus*) mallem ego, *honoratus*, hoc enim quærebatur potione iſta, non ut ebrius evaderet. Petronius in editis: *Apollo lyram modo nato flore honorabat.* Vereor, ne hoc vitium recurrat inferius, ubi legitur: *oneratusque aliquot coronis*. Quia ſeqvitur *ungvento fluente*, ceu illo ipſo tempore.

*argentea corona*) quæ habebat folia ex argento. Plinius XXI. cap. 3. *Craſſus dives primus argento auroque folia imitatus, ludis ſuis coronas dedit.*

*pocus*

Digitized by Google

*poculumque)*potionem. Lamprid. in Heliog. *Denique hæc genera poculorum ante Heliogabulum non leguntur.* De maſticato, pulejato, & ſimilibus vinis loquitur. Eſt verè Petronianum. Sic enim in fragmentis editis: *ad libidinis incitamentum Myrrhinum ſe poculum bibiſſe.*

*expectabam,ut)*Prorſus eleganter. Senec. ep. 96. *Expecto jam,ut manducata ponantur.*

*niſi qvis Corinthum*] Puto emendandum, *niſi qvia Corinthum.* non aliam ob cauſam vas dicitur Corinthium,niſi ob eam, quia quid habet ex Corintho. Terent. Eunuch. V. ſc. 5. *Non dubium eſt,quin mihi magnum ex hac re ſit malum, niſi quia neceſſe fuit hoc facere.*

*neſapium)*inſipientem: ſicut dicitur,*neſcius, nefarius*,& ſimilia. Laudat Salmaſius in Exercitationibus Plinianis hoc vocabulum, ſed ſcribit, *neſapus.* Atqve ita Scaurus: *Ne,pro non, poſitum eſt apud antiquos,ut nefrendes porcos, qui fabam frendere non poſſunt, neſapus, qui non ſapit.* Sed hoc puto minùs analogiæ convenire,imo *neſapius* legi oportere.

*valdè bene ſcio)* Cic. XV. ep. 20. *de ingenio ejus valde exiſtimavi benè.*

*magnus ſcelio)* magnus prædo. *Scelio* Græce σκυλῶν,à σκυλάω. Niſi mavis à σκύλος, *præda.* Quomodo ab αὐλὸς *tibia*,factus eſt *aulio*, tibicen, quod in Glosſis legitur.

*& paropſides, ſtatuncula)* Scribe, *& ſtatunculas.* Nam in fæminino genere extulit & Cyprianus. Potuitqve facile deleri littera poſtrema,propter ſimilem ſubſeqventem. Video tamen citatum Voſſio

in

in Gloſſ. ex vita S. Concordii. *venientes ad eum ſatellites cum ſtatunculo Jovis*. Ut hic forte nil mutandum ſit, nec rejiciendum id vocabulum, deniqve in nominativo ejus non *ſtatũculus*, in maſculino genere, qvod facit Voſſius, ſed *ſtatunculum* in neutrali pronunciandum.

*in unum*) puta, mixtis vel confuſis: ut paulo ante, *facta ſunt in unum*. Senec. ep. 59. *Coguntur in unum ſapores*.

*ignoſcetis mihi, quid dixero*) Vix dubito, ſcripſiſſe noſtrum, *qui dixero*. Adhæſit litera poſtrema, ex proximo vocabulo.

*malo mihi*) Tertull. de Reſur. c. 8. *Malo mihi ſalutem peccatoris*.

*admiſſus ergo Cæſarem*) An ſcribendum *ergo ad Cæſarem eſt*? Non opinor. Ita enim ſolent veteres, omiſſa præpoſitione, quæ eſt in verbo. Ut Horatius II. Sat. 3.

*Abſtinuit vim Uxore & nato* ——

Lucilius XXVI. *Suſpendatne ſe, an gladium incumbat*. Plautus in Pſeud. *Nunc adeo hanc edictionem niſi animum advortitis omnes*. Adde Schoppium Suſpect. Lect. III. ep. 15.

23. *fecit reporrigere Cæſari*) Emenda, *reporrigere Cæſarem*. Plautus Trucul. I. ſc. 2. *corda amare facitis amantes*. Idem Epid. III. ſc. 3. *Ut illę fidicinam fecit neſcire prorſus, ſe eſſe emptam tibi*. Illud *reporrigere* dictum eſt, ut apud Ciceronem, *repromittere*, apud Jureconſultos veteres, *recondutere, redaportare*, & ſimilia.

Q non

*non pote validius, quam expavit)* Ellipſis elegantisſima, pro: *non pote eſt validius quem expaveſcere, quam expavit.* Non pote eſt, i. e. imposſibile eſt. Varro in Manius: *viget, veget, utpote, plurimum.* Terent. Eunuch. V. ſ. 8. *Non pote ſatis narrari.*

*vaſum aenum)* Plautus Trucul. I. ſc. 1. *aut aliquod vaſum argenteum, aut vaſum aënum aliquod.* Sic Lucretius, Cato, alii.

*otio)* pro, *in otio, per otium.* Quomodo verſum Phædri noſtri lib. I. cap. 25. putabat emendandum Rigaltius, *quamlibet lambe otio.* Sed ignoro, annon & hic rectius legatur, *ocyus.* Quale enim poſſumus hic intelligere otium, in præſentia Imperatoris, eventus expectatione ſuſpenſi? Potius feſtinavit ille, quisquis denique, monſtrare artem ſuam. Et uſurpat illud *ocyus* noſter alibi, in editis: ut, *ocyus foras exi,* &c. Nihil tamen apud noſtrum muto. Pæne enim ad eundem modum Apulejus X. Aſ. *Non ulla tamen ego ratione conterritus, otioſe grandisſimum illum calicem uno hauſtu perhauſi:* Pricæus eo loco. *Otioſe, ἠρέμα, ſecure,* qvod eſt rectisſimum.

*martiolum)* Ita plane legitur in Saresberienſe, licet ibi notent, in nonnullis aliis haberi, *marculum.* Quamqvam verò ratio analogiæ poſtulare videatur, *marteolum,* cum legatur, *martellus,* tamen ego nihil cenſeo mutandum.

*ſe coleum Jovis tenere)* Corrige, *ſe cælum Jovis,* ita enim apud Saresberienſem legitur. Seneca I. benef. 13. qvem laudat Gonſalus. *tanquam cælum, quod mente vanisſima complectebatur, teneret.* Cicero ſic uſurpavit, *cælum attingere.* ut in V. Tuſc. *Alia enim divi-*

Digitized by Google

*divina illa longe lateque ſe pandunt, cælumque attingunt.* & II. Attic. ep. 1. *Noſtri autem principes digito ſe cælum putant attingere, ſi nulli barbati in piſcinis ſint.*

*conditurum vitreorum*) puta, vaſorum. Ita ſupra: *ego mihi malo vitrea.* Sed Iſidorus, apud quem leguntur cætera, habet hic, *vitrorum.* Verba ita ſunt: *Hoc facto Cæſar dixit artifici: numquid alius ſcit hanc conditurum vitrorum.* Etiam apud Saresberienſem ita legas: *Quæſivit enim Cæſar, an alius ſciret hunc conditurum vitrorum.* Verum utrobique forſan *vitreorum* eſt ſcribendum. Petronius in pridem editis: *an audirem ſententias, id eſt, vitrea fracta, & ſomniorum interpretamenta?* Porro *conditurum* Iſidorus in prædicti loci verbis præcedentibus vocat *temperamentum*, h. e. ſuccum, ſive aliud quodcunque denique, quo imbuebat vaſa iſta, ut lenteſcerent. Vox ex medica culinarive re deſumpta. Columella. XII. cap. 7. *Hæc omnia una conditura commode ſervantur.*

*vide modo*) Verba ſunt Cæſaris comminantis, monentisqve, ne quid dicat præter verum. Plaut. Merc. V. ſc. 4. Ly. *at quæſo hercle, etiam vide. Eu. Non mihi credis* Cœlius VIII. ep. 2. ad Ciceronem. *Vide modo; inquis. Non mehercules.*

*quia enim*) Plautus in Amphitr. II. ſc. 2. AM. *Qui tibi iſtuc in mentem venit? SO. quia enim ſero advenimus.* Ita ſæpe.

*ſi ſcitum eſſet*) ſi divulgatum fuiſſet, & eandem artem didiciſſent alii. Terent. Adelph. I. ſc. 1. *Dum id reſcitum iri credit, tantiſper cavet.*

*aurum pro luto haberemus*) Similiter Iſidorus: *ne dum hoc cognitum fieret, aurum pro luto haberetur.* Sic in ſuperioribus, ubi vide. Saresberienſis interpolavit clariore, ut putabat, ſententia: *aurum & argentum vileſcerent, quaſi lutum.*

*in argento planè ſtudioſus ſum*) pro, *ſtudeo illi.* Bene. Quomodo Gellius: *ſi quis in ea re ſtudebat.*

*urnales plus minus*) qui urnam circiter capiunt magnitudine ſua.

*jacent, ſicuti vere putes*) Corrige, *jacent ſic, uti vere putes*, ſcilicet, jacere. Cornelius Nepos vita Dionis IX. *his dat negotium, ut ad Dionem eant inermes ſic, ut conveniendi ejus gratia viderentur venire.*

*capidem*) Meminerunt hujus vaſculi præter Feſtum, Plinius & Livius, qvorum Livius quidem jungit lituo, & ſic ad ſacra pertinuiſſe demonſtrat; Feſtus autem poculum appellat. Eſt autem omnino hæc capis, illa Neronis, de qva Plinius lib. XXXVII cap. 2. *Sed Nero, ut par erat principem, vicit omnes CCC. ſeſtertiis capidem unam parando. Memoranda res, tanti imperatorem patremque patriæ bibiſſe.* Pate ex his verbis, poculum intelligi apud noſtrum o portere.

*Dædalus Niobem*) Dixi ante, Trimalcionem hi nugari, meraque commenta ſua proferre, per & in ſolentiam, quod noſter ipſe notaverat, & ebrieta tem. Itaq; hic fruſtra quidqvam exigas ad narrati nes aliorum.

*Nam hamerotes pugnaſſent petraitis in pocul* Hæc verba deſperate ſunt corrupta. Neqve fatig

bo n

bo me in ſuſpicionibus, quales manebunt tamen, cujuscunqve generis fuerint.

*meum enim intelligere*) Sicut Perſius: *ſcire tuum*. item: *velle ſuum cuique eſt*.

*teipſum cade*) verbera, num potius, occide? Puto tamen alterum, quia ſequitur, *ſvadeo à te impetres, ne ſis nugax*. Quis enim ſvadendi locus apud occiſum? Noſter in editis: *omniaqve infra umbilicum cæpit lenta manu cadere*.

*nugax*) putris, putidus, ineptus. Gloſſæ Philoxeni: *nugax*, σαπρὸς. Aliæ gloſſæ. σαπρὸς, *nugatorius, nugax, fœdus*.

*demiſſo labrare*) Credo ſcripſiſſe, *demiſſo labro orare*. Nempe ſolent triſtes & vultũ &, oculos, & os dimittere. Porrò *labrum*, pro *labium*, ſæpe apud noſtrum, cum eſt ſermo de hominibus. Plinius XI. cap. 37. de ranis: *inferiore labro demiſſo ululatus ejicitur*. Tò *demiſſo* ita habes etiam apud Terentium Eunuch. II. ſ. 3. *tremulus, labiis demiſſis, gemens*.

*tanqvam ego tibi moleſtus ſim*) Petronius in editis: *tanquam interſit, periturum corpus quæ ratio conſumat. Tanquam melius ignis accipiat*. Etiam illud *moleſtus* alibi ſic ei uſurpatur, pro eo, qui malum aut damnum infert. ut, *junctis viribus moleſtum contempſimus*.

*miſſionem dedit*) dimiſit, impunitum videlicet. Iterum noſter in editis: *juſſit infelicibus dari miſſionẽ*.

*Aquam foras*) Hanc puto fuiſſe formulam ſolennem, cum ad potiones meracas ſe mutuo invitarẽt.

*Excipimus*] auſcultamus. Petronius in editis: *Converſus ad eum, ut plurima exciperem*.



Digitized by Google

*etiam ebrio proximus)* Non puto iſta bene diſtingvi, ſic enim ſuſpicor ſcribenda. *Trimalcio bilarius bibit. Etiam ebrio proximus, nemo, inquit, veſtrum, &c.* Illud *Etiam* ſic uſurpat quoque alibi, in ſuperioribus: *Etiam tibi diſcipulus creſcit. Etiam videte, quam porcus ille commederit.*

*cordacem)* Saltationis genus laſcivum, & ideò probroſum, nec fere uſurpatum, niſi ebriis. Vide Meurſium in Orcheſtra.

*madeia, permadeia)* Corrige, *ma deia, perite, ma deia.* Græcum eſt, μὰ δία, h. e. per Jovem. Demoſthenes ὁ μὰ τοὺς θεοὺς καὶ τὰς θεάς. Illud, *perite*, ſolenne verbum eſt applaudentium.

*ad aurum acceſſiſſet: & credo dixerit)* Similimum illi, in pridem editis: *ad aurem ejus Pſyde ridens acceſſit, & qvum dixiſſet, neſcio quid.*

*revertebatur, modo ad naturam)* Omiſſum aliqvid hoc loco. Scribe: *Fortunatam reverebatur, revertebatur modo ad naturam.* Similitudo utriuſqve vocabuli effecit, ut alterum omitteretur. *Reverti ad naturam*, pro, ad indolem animumque ſuum, ſicut Cicero X. ep. 28. *ad illum animum meum reverti priſtinum.* Traducitur hoc loco mirum Neronis ſtudium ſaltandi, de quo Dio & Svetonius prolixe.

*ſaltationis libidinem actuarius)* Poſt *libidinem* poni debet aſteriſcus, eſt enim hiatus hic verſuum nonnullorum.

*collocari non potuit)* impendi ad uſus villæ neceſſarios. Tacitus VI. An. 45. *Millies ſeſtertium ea munificentia conlocatum.*

*ex ædibus nocte villici)* Tranſpoſitio ingrata, mal

len

lem *villici nocte*. *Nocte*, pro, *de nocte*, i. e. nocturno tempore. Noſter in editis: *fugere nocte in publicum voluiſtis*. Ita ſæpe.

*anno priore*) quam nempe fuit illud incendium, Cicero I. ep. 9. *Quod de Q. Fratris negocio ſcribis, de priore æſtate quod morbo impeditus in Ciliciam non tranſieris, conficere non potuiſſe.*

*cum elogio exhæredabatur*) Quintilianus VII. cap. 4. *Nonnunquam etiam reus hic totius ſummam conſtituit, ſi exhæredatum à ſe filium pater teſtatus fuerit elogio.* Eſt autem *elogium* quæcunque denique exhæredationis cauſa, ſcripto ſignificata, & hoc quidem loco ea, quæ ad laudem Trimalcionis pertinebat. Quales interdum proponi conſveviſſe ex eo ipſe Fabio aliisqve notum, pridemque obſervatum eſt.

*à circumitore*) Puto hic intelligi cuſtodem villæ, ad exemplum eorum, qui circuire urbem ſolebant.

*judicium inter cubicularios actum*) Ita Plin. IX. c. 35. Poſtero die, qvo judicium agebatur.

*baro inſulſiſſimus*) Scribe, *baro inſulſiſſimus*. Baronem, pro ſtolido uſurpavit Cicero & Perſius.

*cum ſcalis conſtitit, puerumque juſſit*) Conveniunt his verſus Martialis lib. II. epig. 85.

*Quid ſi per graciles vias petauri*
*Invitum jubeas ſubire Ladam?*

*odaria ſaltare*) Quomodo Ovidius V. Triſte 6.

*Carmina quod pleno ſaltari noſtra Theatro.*

*odarium*, à Græco eſt. Gloſſæ. ᾠδάριον, *cantilena*.

*circulos deinde ardentes tranſire)* Convenit Manilius V.

*Membraq; per flammas, orbesq; emiſſa flagrantes.*

25. *ingratum artificium*] Quomodo? cum mox idem dicat, ſe hos artifices libentisſime ſpectare. Credo *ingratum* hic active accipiendum, qvod gratiam non referat auctori ſuo, tantam puta, quantam Trimalcio volebat promerere, qui tranſiliendo iſtos circulos, immitat ſe in diſcrimen vitæ manifeſtum. Sidon. IV. ep. 11. *Huic jam, ut eſt illud Maronianum, cineri ingatro, id eſt, gratiam nõ relaturo, næniam condidimus.*

*cornices)* Num ſcribendum, *cornicines?* non arbitror, qvandoqvidem præcedit, *ſpectaret*. At cornicines non ſpectantur. Quid, ſi *cernices?* ut ſint à *cernix*, pro quo vulgo *cernuus*. Ita ſupra fuit, *mixix*, vel ut ego putabam, *mittix*. Puto planè *coturnices* ſcribendum. De coturnicum certamine, ſicut gallinaceorum, docet nos abunde Pollux, & nec Romanis ignotum fuiſſe teſtatur Herodianus. Ovid. II. Amor, 6.

*Ecce, coturnices inter ſua prælia vivunt.*

*cromatarias)* Hoc verò monſtrum verbi qvid ſibi velit, ego non excogito. An ſcribendum: *animalia ac acroamata tricas meras?* Tricæ, ſunt res viles. Martialis XIV.

*Sunt apinæ tricæque, & ſi quid vilius iſtis.*

*Attellam)* Scribe, *Attellanam*, ſeu *Attellanam*, & intellige, fabulam. De attellanis habes prolixe apud Vosſium in Inſtit. Poet. Porrò *facere Atellanam*,

Digitized by Google

*nam*, ſicut apud Lucretium *facere ludum*, h. e. ludere & agere.

*hac dicente Gajo, puer*) Poſt *puer*, puto deeſſe aliqua, quæ ſignificabant lapſum ejus pueri in brachium Trimalcionis. Eſt enim ille puer, qvi ſupra juſſus eſt in ſumma ſcalarum parte odaria ſaltare. A quibus hic delabitur.

*alienum mortuum plorare*) Lucilius Sat. XXII. de Præficis eodem modo: *conductæ flent alieno in funere*. Statius qvoqve in Epicedio Patris: *non ſua funera plorant*.

*ſuper brachium tanquam læſum incubuiſſet*) Petronius in editis: *Non frueris hac præda, ſuper quam ſolus incumbit.*

*miſſionem rogabat*) Ut ſupra: *miſſionem dedit*. Sed cur miſſionem rogat is, qui delapſus erat? An, qvod iſto caſu ſuo læſerat Trimalcionem? At de ea re præcedit nihil. Quare puto inter iſta duo vocabula, *dicente Gajo*, aliqvid abeſſe, uti dixi.

*peſſime mihi erat, ne*] Metuebam.

*periculo aliquid cataſtropha*] Lego, *aliquid cataſtropha*. Senſus eſt: timebam, ne ideo inſtituerentur hæ preces, ut earum occaſione periculum imminens mutetur in haud opinatum gaudium, ſicut ante acciderat.

*à ſervo liberatum*) Quomodo, *liberatum?* Puto, *vulneratum* oportere ſcribi, nam de eo præcedit. Primam ſyllabam abſumpſit ultima in vocabulo, *ſervo*. Idem video & N. Heinſio placere.



Digitized by Google

26. *Diſticon*) Hæc verba ſunt delenda, irrepſerunt enim è margine in textum.

27. *Medicum & numularium*) puta, *artificium.*

*febris veniat*) Celſus III. cap. 12. *Incertum eſt, quando febris ventura ſit*. Plaut. Capt. III. ſ. 4. *Illic iſti, qui ſputatur, morbus interdum venit.*

*anatinam*) Hoc ſuſpectum mihi. Scio quidem apud Plautum *anatinam fortunam*, verum quid huc faciant, non video. Magis forſan eſt, ut accipiamus de medicamento ad tenendum anum, ſive aluum. Nam de eo fuit quidpiam in præcedentibus.

*per argentum as videt*) Novit nummum probum diſcernere ab improbo & ſubærato.

*lana*) caſus ultimus, cum lana, per lanam, i. e. veſtes è lana.

*nos gloriosos faciunt*) faciunt gloriari nos illis atque ſuperbire. Plautus Pſeud. A. II. ſ. 3. *Atque ego nunc me ut glorioſum faciam.*

*ovillam eſſet tunicam*) Scribe totum locum iſto modo: *Et, facinus indignum! aliqvis ovillam eſt, & tunicam habet.* Dicit; rem indignam eſſe, quod in cibum abutamur ovibus, cum illæ veſtes nobis præbeant.

*quæ mel vomunt*) Plinius XI. cap. 12. de ſucco, unde mel conficitur. *In utercúlos congeſtus apum (ore enim vomunt) ad hæc ſucco florum corruptus*, &c.

*à Jove adferre*) Pertinet huc illud Virgilii initio IV. Geor.

*Protinus aërii mellis cæleſtia dona*
*Exequar*. Columella IX. cap. 2. *Euhemerus poeta dicit, crabronibus & Sole genitas apes, quas Nympha*

*Phry*

*Phryxonides educaverint, mox Dictæo ſpecu Jovis extitiſſe nutrices, easque pabula munere Dei ſortitas.*

*de negocio dejiciebat*) Non permittebat eis ſuum facere negocium,ſed id ſumebat ſibi.Reſpicit quæſtiones modo à Trimalcione allatas, de quibus Philoſophi agere debebant potius,ut ad quos propius pertinerent. Dictum autem hoc, quomodo apud Ciceronem,*dejicere de ſermone.*

*Apophoreta*) munera, nominata in iſtis pittaciis, quæ non ſolum in feſto Saturnaliorum,ſed & alias, quotiens magnum haberetur convivium dabantur. D. Ambroſius in Exhort. ad Virg. *Qui ad convivium magnum invitantur, Apophoreta ſecum reportare conſueverunt.*

*argentum ſceleratum*] ſic fuit inſcriptum uni ex pittaciis illis, titulus apophoreti, quo ſignificabatur id,quod ſequitur, perna ſcilicet, & cætera, ſed obſcure,ac ambigue, ut ſolebat aliquando in talibus. Sveton. Auguſt. cap. 75. *Saturnalibus, & ſi quando alias libuiſſet,modo munera dividebat,veſtem, & aurum,& argentum: modo nummos omnis notæ, etiam veteres regios & peregrinos: interdum nihil,præter cilicia,& ſpongias,& rutabula,& forpices,atque alia id genus,titulis obſcuris & ambiguis.*

*offla*) Ita mox: *offlam & tabulas.* & aliquanto inferius, *crucis offla.* Num utroque loco corrigendum, *offula*?

*colaſis*) κόλασις. Sic enim putet aliqvis ſcribendum,quanquam in ipſo codice ſit *colaris*, non *colaſis*. Ut valde dubitem,cum præſertim hi tituli ſic ſint formati obſcure, ut nil certi de iis dici queat.

*ſeri*

Digitized by Google

*ſeri ſapia)* Suſpicor, ſcribendum, *ſeria ſapa*. Seria, vas eſt vinarium, cujus meminit Terentius, Columella, alii. De ſapa Varro l. de Vita P. R. *Sapam appellabant, qvod de muſto ad mediam partem decoxerunt.*

*& contumelia)* Quid hoc loco facit, contumelia? Num legendum, *centum melcæ?* Melca ſane genus eſt lactarii operis, notisſimum qvondam apud Romanos, ut ex Galeno, Paulo Ægineta, aliisqve novimus. Sed nil definio.

*accrophagia, ſæledata)* In his rurſum latere titulum novi apophoreti exiſtimo. Ac primum illud *data ſunt*, diſtinctim à cæteris videtur ſcribendum, ut reſpondeat ſuperiori, *allata eſt*. Pro cæteris verò neſcio, an legi posſit, *acrophagias bylo*, vel potius, *acrophagia*, ſeorſum, ut illud *ſate* ſit, neſcio quid, qvod titulus iſte innuebat dandum.

*& cenſus)* Forte legendum, *ceraſum*.

*& cultrum)* Ergo *cultrum* quoqve rectum eſt in neutro. Citant ſanè Lexicographi hoc fine verſum Propertii ex lib. IV. el. 5.

*Cum fallenda meo pollice cultra forent.*

Sed pro *cultra* apud Gryphium eſt *clauſtra*. Alii habent *clatra*, quod & Scaliger retinuit, qvi in Mſ. ſuo legi ait *culta*. Denique vix cultris locus eſt in illo verſu, ut hoc teſtimonium non multum valeat. Obſervo tamen in antiqvis glosſis, titulo de Ferramentis: *Cultrum. μάχαιρα.* & in Glosſis aliis: *μάχαιρα κουρέως. cultra.* Habet qvoqve Gloſſarium Tyronis & Senecæ, ut appellant.

*accepit paſſeres)* Non habet illud *accepit*, quo posſit

ſit referri. Ergo mutilum & hunc, & ſequentem alium huic ſimilem exiſtimo locum.

*cænatoria*)ſc. veſtimenta. Petron. in editis: *cenatoria repetimus, & in proximam cellam ducti ſumus.* Adde Martial. Apoph. 135.

*forenſia*)& hic veſtimenta ſunt intelligenda. Sveton. Aug. 73. *Et forenſia autem, & calceos nunquam non intra cubiculum habuit.*| Adde & Calig. c. 17. & Columel. XII. cap. 4.

*& pedalem*)Quid? *pedalem.* An rectius, *pedulem*; eſt enim hoc inter tegumenta pedum. Cætera, quæ ſeqvuntur, plane mutilata ſunt.

*berbex*)hoc eſt, *vervex.* Gloſſæ. πρόβατον, *berbex.* Hinc habens *berbicem*, pro *vervecem* in libris optimis Vopiſci, vita Aurel. in fine, quod Salmaſius notavit.

*beatior*) opulentior, ditior. Ut apud Martialem X. epig. 73.

*Sed ſi non fias, quadrante beatior uno.* Item
*Certent muneribus beatiores.*

Seneca ep. 45. *Beatum vulgus appellat, ad quem pecunia magna confluxit.*

*convivare melius*) convivia lautius facere, & plus impendere in ea ſoles. Ennius in Sat. *Malo Hercle ſuo magno convivat, ſine modo.* Sic & alii.

*tutelam hujus loci*) Deum tutelarem. Eſt autem *tutela loci dicta, ut tutela navigii* in editis. Inſcriptio vetus apud Gruterum, pag. 105.

DEO TUTEL.
GENIO. LOCI.

28. ſe-

28. *ſecundum illum*) juxta, apud illum. Petronius in editis; *deinde ut remotis omnibus ſecundum invitantem conſedi.*

*jam illi balatum duxiſſem*) Corrige: *jam illi alapam tum duxiſſem*, vel *dudum duxiſſem. Ducere alapam*, habes apud Phædrum noſtrum V. cap. 4. cæterosqve, qvos ibi notavimus.

*bellum pomum*) Suſpicatur N. Heinſius, *promum.* placet, ut ſit reſpectus ad liberalitatem ampliorem, de qua ſupra.

*Larifuga*) Mallem, *lucifuga*, ut *transfuga*. Niſi qvis exiſtimet, larifugam accipiendum, pro deſertore laris domusqve ſuæ, vagabundo, errone.

*circum minxero*) Paulo poſt: *at ille circumminxit veſtimenta ſua.* Sic enim conjunctim lego ibi, ut hoc loco. Nam & in pridem editis Petronius ad hoc exemplum uſurpavit *circumamictus*, *circumtonſus*, *circumtumulatus*, &c.

*non valet lotium ſuum*) Optimè: quomodo Varro IV. de LL. *donarii, quod denos æris valebant.* Eſt autem quaſi proverbiali genere dictum de homine nullius precii.

*ſed in molli carne vermes naſcuntur*) h. e. ſi nimium ſumus remiſſi langvidiqve, perdimur. *Mollis caro*, eſt flaccida, & humoribus abundans. Quomodo *corpus molle* Celſo uſurpatur. Ut lib. II. cap. 2. *ſubeunt lippitudines, tormina, febres, maximeque in mollioribus corporibus. ideoque præcipue in mulieribus.* Eodem modo *pecus molliſſimum*, opes appellavit Columella lib. VII. cap. 2.

*pater fœtum emit? lana*) Prava eſt hæc diſtinctio, quid

uid enim, *lana eques es?* Itaque illud *lana* conjun-
endum antecedentibus. Porrò *fœtum lana emere* ic ponitur pro, rem facere ineptam ac ridiculam, redo, quod lanarum cauſſa fœtus habeantur edu-enturque. hic enim fructus eſt ovilli pecoris, ut iotum.

*& ego)* Iſta mihi lectio non placet. Scribo: *At ego Regis filius.* Sententia: Tu gloriaris, eſſe te Romanum eqvidem; ego vero nihilo ſum minor, cum ſim regis filius. Sed objicies fortasſis, atqve dices, ſi es regis filius, quare ergo ſerviviſti? Hoc factum eo, quia civis eſſe malui Romanus, quam rex tributarius.

*nemini jocus ſim)* Horatius II. Sat. 5.

——— *Hac mea cum eſt*
*Ne quid tu perdas, neu ſis jocus* ———

Cicero Or. pro Flacco: *Num illos putatis, quibus jusjurandum jocus eſt.*

*inter homines ſuos)* Scribendum arbitror, *inter homines vos.* ſenſus eſt, non minus homo ſum, quam vos eſtis. Illud *homo* ſignificanter de libero eſt poſitum, ut ſupra, *me hominem inter homines voluit eſſe.* Servos olim vix in hominum numero habitos, non uno loco Seneca conqveritur. & adde Macrob. I. Sat. c. 11.

*capite aperto)* libere, ut me conſpicere posſint atque contueri omnes. Plaut. Captiv. III. ſc. I. *In tribu aperto capite ſontes condemnant reos.* Vult, condemnare libere, absqve verecundia vel metu. Solebant nempe flagitioſi, præſertim vero ſervi, ob flagitia notati in fronte, velare ſe, quoqvo poſſent modo.

Digitized by Google

do. Ita Gyton & Encolpius finguntur aluiſſe crines iſto fine, in jam publicatis. Hinc Eumolpus: *Quia nocentes horridosqve habebant capillos, juſſi ſqvalorem damnatis auferri, ſimul ut notæ quoq; literarum, non adumbratæ comarum præſidio, totæ ad oculos legentium accederent.* Advocati apud Plautum faciunt id veſte. A. III. ſc. 4. Pœnuli.

*Adeſte quæſo, Ad. quippini qvia ſi voles*
*Operire capita, ne nos leno noverit*
*Qui illi malæ rei tantæ fuimus illices.*

*aſſem æratium*) Hoc intelligo. Suſpicor, ſcribendum, *aſſem, ceratium*, qvaſi diceret, non aſſem, imo ne ceratium qvidem. De ceratio nummo habes apud Hottomannum Rei Num. p. 115. Imò potius, *aſſem ærarium*, arbitror legendum. *Aſſis ærarius* dicitur, (ut apud Ciceronem pro Quintio, *æraria ratio*) is, qui eſt æris alieni, unde *ærati* & *obærati* dicimur. Ciceronis verba hæc ſunt: *Hoc eo per te agebatur, qvod propter ærariam rationem non ſatis erat in tabulis inſpexiſſe, niſi ad Caſtoris quæſiſſes, quantum ſolveretur.* Sicut hic *ratio æraria* illa eſt de alieno ære, quantum ſolvendum, ſic *aſſis ærarius*, qvi de alieno, pecuniaqve mutuo accepta.

*conſtitutum habui nunquã*) puta, diem, quo cui litem intenderem. Cic. in ep. ad Marium: *Si qvod conſtitutum habes eum podagra, fac in alium diem differas.*

*glebulas*) agellos. Juvenalis ſat. XIV.

—— *Saturabat glebula talis Patrem ipſum* ——

Apulejus. IX. Aſ. *Jamque totum frugalitate ſpoliatum, ipſis etiam glebulis exterminare geſtiebat.*

*lame*

*lamellulas paravi*) Has ego lamellulas hic non intelligo. An ſcripſit, *etiam cellulas paravi*? Num potius legendum, *famellulas?* ut ſit diminutivi *famella* diminutivum, qvomodo mox *pedicellum* uſurpat.

*viginti ventres paſco*) Plautus Perſa I. ſc. 2. *Nunqvam qvisqvam meorum majorum fuit, quin paraſitando paverint ventres ſuos*. Sen. ep. 17. *Facilè eſt, paſcere paucos ventres*.

*in illius manus tergeret*) Abeſt quidpiam. Quid? ſi legamus, *in villis illius manus tergeret?* Illud *villis* potuit omiſſum eſſe ob ſimilitudinem ſeqventis vocabuli, *illius*. Et villos memorat in cane Columella VII. cap. 12. laudatqve eum, qui eſt *amplo villoſoque pectore*. Porrò crines vice mantilium fuiſſe conſtat vel ex alio noſtri loco ſtatim ab initio, ubi ait: *digitosqve paululum aſperſos in capite pueri terſit*.

*ſpero ſic moriar*] pro, *ſpero, quod ſic moriar*, per ellipſin. Terent Heaut. III. ſc. 2. *Non uſus veniet ſpero*.

*pedicellum*) minimum pediculum. Sic à *catinus* eſt *catinulus*, contractè *catillus*, indeqve *catinellus*.

*laticuloſus*) An ut à *metus, meticuloſus*, ita & à *lætus, læticuloſus*? non exiſtimo, nec eſt ſimilis analogia, præterea ſenſus qvoqve inconveniens. Cur enim Aſclytos dicatur hic libenter lætari? Puto planè *lacticuloſus* eſſe ſcribendum. Gloſſæ veteres. λειπογάλακτος *lacticularius*, *lacticuloſus*. Philoxenus. *lacticuloſus*, λειπογάλακτος. Eſt autem λειπογάλακτος, ſicut λειπόσαρκος, quem recens nuperque lac deſtituit, qui ab uberibus cœpit ſub-

moveri, erratque Laurenbergius, qvando exponit *ſubrumem* in gloſſario, cum hoc contrariũ denotet. Qvamquam eum huc induxerit Philoxenus, apud quem *lactigulosſus*, pro *lacticuloſus* legitur. Quod cum fiat C in G mutato, ſicut ſæpe ſolet, ipſe vocabulum à *lacte* & *guloſo* compoſitum putabat.

*nec munecma* ) Scribo diviſim, *nec mu*, *nec ma*, & expono de eo, qui nil posſit, nil valeat: quaſi diceret; tu qvi puer es, & vix ablactatus, nec vales qvidquam, audes hæc ridere. *Mu* & *ma* ſunt Syllabæ ſic à ſono formatæ, qvas infantes primum edunt. Hinc *mu facere*, quod Chariſius exponit *mutire*. Lucilius; *non laudare hominem quenquam, neque mu facere unquam.*

*argutaſvaſus fictilis*) Corrige: *argutas? vaſus fictilis.* Illud *argutas*, hic eſt ab *arguo*, pro, traducis & accuſas. Novius. *quando ad ludos venit, alii cum tacent, totum diem argutatur, quaſi cicada.* Plaut. Amph. III. ſc. 2. *Stupri, dedecoris à viro argutam meo.* At *vaſus*, habes in antiqvis glosſis: σκεῦος, *vaſus vaſum, vaſa*.

*lorus in aqua*) Petronius in editis: *lorum in aqua non ingvina habet*. Gloſſæ veteres: ἱμὰς, *habena, lorus, corrigia, hoc lorum.*

*bis prandebis cœna*) Perperam. Emenda: *tu beatior es? bis prande, bis cœna.* Si tu, ait, es beatior & opulentior, ergo bis prande, bis cœna; qvod nempe fieri non poteſt. Videtur in animo habere illud Horatii I. ſer. 1.

*Millia frumenti tua triverit area centum,*
*Non tuus hoc capiet venter plus, quam meus —*

qvi

Digitized by Google

*qviſqvam me bis popoſcit)* Poſt, *popoſcit*, punctum interrogationis eſt ſcribendum. *Qviſqvam* eſt, qviſqvamne? an qviſqvam? Virgilius lib. XI. *qviſqvam merito fœdiſſime pulſum arguet?* Illud *poſcere* abſolutum eſt, pro pecuniam, aut nummos poſcere; qvod uſurpavit Cicero in Verrinis: *Magiſtrum Sicyonum nummos popoſcit.*

*tamen ſcit)* mallem, *ſcIt*, h. e. *ſciit, ſcivit.*

*capillatus)* videtur hic, qvicunqve deniqve, probare, velle, domi qvoqve pro ingenuo ſe habitum. Nam vulgo ſervis nutrire comam nefas fuit, qvod jam alii notarunt. Subeſt tamen id qvoque, qvod ſic ejus erga Trimalcionem officium declaretur, qvando *capillati* fere, qui erant in deliciis.

*ſatisfacerem*] Latet nequitia, de qua ante. Petronius in editis: *rogare cœpi, ut paterentur ſatisfieri ſibi, & cætera, quæ libido diſtenta dictat.* Noſter infra: *ipſi meæ dominæ ſatisfaciebam.*

*homini mali iſto*] Hoc corruptum eſt. Suſpicor, ſcripſiſſe, *maliſto*, i. e. maximo à μάλιςος.

*dignitoſo)* Philoxenus: *dignitoſus*, ἀξιωματικός.

29. *pedem opponerent)* ſupplantare me ſtuderent. Ovidius IV. de Ponto el. 6.

> *Perſtat enim Fortuna tenax, votisq; malignum*
> *Opponit noſtris inſidioſa pedem.*

*Hæc ſunt vera, athlanã)* Scribe: *Hæc ſunt vera athla. Nam*, &c. Ἆθλα, munera, qvæ victoribus certaminum publicorum dabantur. Nempe præceſſerat, de ſupplantatione.

*in ingenuum naſci)* Neſcio, an prius *in* abundet. Nam & Tertull. de Carne Chriſt. cap. 3. *Deus naſci*



Digitized by Google

*in carnem erubeſcit?* Svetonius hac forma *ſubjici in ſervos* dixit vita Titi cap. 8.

*quam accede iſtoc)* Puto corrigendum, *quam accedere iſtoc.*

*tanquam hircus merculia)* Quid hic eſt, *merculia?* Subdubito annon fuerit, *Mercurialia.* Invenio enim *Mercuriale*, pro eo, qvod Græci vocant ἑρμαῖον, acervumqve lapidum ſignificat in via publica, vel ſaxum, qvo indigitatur rectum iter. Sic proverbium erit de eo, qui ad rem ignotam ſtupet.

*tu autem)* Apulejus. IX. *tu autem, inquit, tam mollis ac tener, mulieres appetis?*

*cepa pirrata)* Hoc eſt pretii nullius. An ſcribendum, *cepa capitata?* Plinius XIX. cap. 6. ubi loquitur de cepis: *Alterum genus capitata, quæ ab æquinoctio autumni ſeritur.* Num potius *pirra*, à Græco πυῤῥὰ h. e. *rufa.* Mallem ego *cepa piperata.*

*quando viceſimam numeraſti?)* Quænam hæc viceſima? num menſis Decembris, de qvo anteceſſit? Puto plane, quia illa die Saturnalia finiebantur. Ut ſit ſenſus: quando tibi tandem deſinunt eſſe Saturnalia?

*quid faciat crucis offla)* Neſcio, an reſcribi debeat *quid facias, crucis offla? corvorum cibaria?*

*Jovis)* Ita Plautus, Apulejus, Martianus, alii. Vocabularium vetus, titulo, Deorum nomina. *Jovis* ζεύς.

*cum liberto meo dono)* Scribe, *conliberto meo dono* id eſt, ipſius gratia te nunc non accuſo, apud Jovem, id eſt, Herum. Noſter in jam editis: *quicquid ergo eſt, dono vobis.*

til

*tibi de præſentiarum)* Quid eſt, *de præſentiarum*? an formatur ita, ut, *impræſentiarum*? num ſcribendum, *tibi idem præſentarium reddidiſſem*? Plautus Moſtell. III. ſc.3. *nunc ferat ſex talenta magna argenti pro iſtis præſentaria.* Ita alibi. Sed *de præſentiarum* habes & inferius, ut nil temerè ſit mutandum.

*bene nos habemus)* Suſpicor abeſſe quidpiam, & ſcribi oportere, *benè nos non habemus, aut*. Quomodo Martial. II. ep.4. *Ne valeam, ſi non* &c. formula comminantis: aut male agetur nobiſcum, aut hoc efficiemus. Seneca ep. 24. de Scipione: *ferro ſe transverberavit, & quærentibus, ubi Imperator eſſet: Imperator, inquit, bene ſe habet.*

*genge)* Hoc qvid ſit, haut excogito. convitium latere aliquod videtur.

*qualis Dominus)* Vide Sidon. II. epiſt. 11. ibique Savaronem.

*caldus)* iracundus. Horatius I. ſat. 3.

*Caldior eſt: acres inter numeretur* ——

*cicer ejus cum capi)* De cicere ſic Plinius lib. XIIX. cap. 12. *Ciceris natura eſt, gigni cum ſalſilagine, ideo ſolum urit.* An, quia hoc proprium ciceris, ut ſolum urat, ideo hic, *cicer capere*, eſt materiam irarum habere? Vix perſvadeo mihi, & de lectione iſta vehementer dubito.

*matrem meam dupondii non facio)* neminem reſpicio aut curo, ne ipſam quidem matrem meam. Ita Plautus Captiv. III. 1. *neque ridiculos jam teruncii faciunt.*

R 3 *terræ*

*terræ tuber*)fungus. Petronius alibi: *at nunc laviorære, vel rotundo horti tubere.* Martiali memorantur freqventisſime.

*nec deorſum non creſco*) rurſum formula, ſub execratione ſui comminantis. Itaque negativè debet accipi. Ut in illo Virgilii Ecl. IV.

*Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus.*

*non conjecit*) ſenſus poſtulat, *conjeci.*

*nec tibi par ero)* Interrogationis ſignum hic ponendum poſt *ero.* Quid, ait, ego, qui dominum tuum coercui, & obſeqventem mihi ad omnia feci, an te compellere ad officium neqveam?

*Jovem Olympum*)Olympum aliquando pro Jove poni notum eſt, ſed hic lege, *Olympium.*

*longe tibi ſit* ) abſit abs te, ea careas, ea priveris. Martialis lib. I. epig. 70. de Novio.

*Tam longe eſt mihi, quam Terentianus,*
*Qui nunc Niliacam regit Syenen.*

*Iſta bealis* ) hoc quid ſibi velit, aliis cogitandum relinqvo.

*recte venies ſub dentem*)Illud, *recte,* eſt verè, omnino, penitus. Ut in illo Plauti Bachid. II. ſc. 2. *Ille eſt oneratus recte, & plus juſto vehit.* At *venire ſub dentem* ille intelligitur, qui incidit in iratum, & mordentem. Pene illo modo, qvo Auguſtus *eſſe ſub maxillis* dixit apud Sveton. in Tiber. c. 21. *Miſerum populum Romanum, qui ſub tam lentis maxillis erit.*

*non deridebis*) abſolute. Terentius Adel. V. ſc. 3.
Mic. *Derides fortunatus, qui iſtoc animo ſies,*

*licet barbam auream habeas*) id eſt, deus ſis. Nam deorum ſimulachris barbas addere ſolebant aure-
as. Si

as. Sic habes barbam auream Æſculapii apud Val. Maximum lib. I. cap. 2. Jovis, apud Sveton. Calig cap. 52. Perſius communiter commemorat in omnibus, ſi quid feciſſent gratum & honore dignum Sat. II. v. 58.

*Præcipui*, ait, *ſunto, ſitque illis aurea barba.*

*Sathana*) nomen mulieris.

*& qui te primus decero defecit*) Hæc ſunt peſſimè corrupta, nec quid ſibi velint, nunc exeogito.

*geometras, creticas, & alogias menias*) Quid hoc eſt verborum? An legendum, *geometricas, creticas, & alogus nænias.* De Geometrarum paradoxis res eſt nota. Cretenſium fabulæ mendaciaque proverbio circumferuntur.

*lapidarias literas*) Eas, puto, intelligit, quas lapidarii incidunt ſaxis ac lapidibus.

*partes centum dico, ad æs, ad pondus*) Integra hæc eſſe vehementer dubito. ſenſum certe extrico nullum.

*ſi quid vis ego, & tu*) Corrige, ac diſtingve: *ſi qvid vis, ego & tu, ſponſiunculam ecce defero. Sane, jam ſcies.* Si, ait, vis, certabimus ego & tu inter nos, defero ſpoſinonem. *Deferre ſponſionem* puto dici, ut *deferre optionem.* Alterum habet Plautus Aulul. II. ſc. 1. *impera, ſi quid vis.* Item *ſi quid vis, roga.*

30. *ecce quidem vobis*) Non placet illud *quidem.* Suſpicor ſcribendum, *Ecce, qui dem vobis, longe venio.* Illud, *qui dem vobis,* ponitur ambigue, qvoniam præceſſerat & de ſponſione, & de pœnis; nam & pecunia, & malum dicitur cui dari. *longe venio*, ut *longe*



Digitized by Google

*ſum*, apud Cæſarem, Virgilium, Ovidium, alios. Vide Muretum X. Var. c. 4.

*ſolve me: dicam tibi*) Etiam hæc valdè ſunt obſcura. Puto autem ante illud *ſolve*, punctum oportere ſcribi, & mox comma. *Solve me, dicam*, pro, ſolve me, & dicam; ſi tu me ſolves, dicam. *Solvi* dicitur hoc loco, ut opinor, qui cum ante teneret ſe, nec loqveretur, provocatur quacunqve de cauſſa ad ſermonem. Ita *ſolvere ora* dixit Ovid. I. Met. v. 181.

*Talibus inde modis ora indignantia ſolvit.*

*matella*) Nonius in de generibus vaſorum: *Matella aquarium vas.*

*meliorem*) fortiorem, valentiorem. Tac. Ger. 32. *Excipit filius, non ut cætera, maximus natu, ſed prout ferox bello, & melior.*

*moleſtare*) uſurpatur hoc in fragmento teſtamenti veteris, quod laudat Modeſtinus lib. X. Reſponſorum. Vide l. 20. ff. de liber. legat. Gloſſæ. ὀχλῶ. *Inquieto, moleſto.*

*qui te natum non putat*) i. e. qui te hominem non curat, non æſtimat. *Natum* pro homine poſuit & Plautus in Pſeud. I. ſc. 3. *qui ſuum repetunt, alienum reddunt nato nemini.* At *putare* pro æſtimare habet Cic. pro Roſc. *Neminem præ ſe putat*. Noſter ipſe in jam editis: *nemo cœlum putat.*

*Niſi ſi*) Terentius Andr. I. ſ. 1. *Niſi ſi id eſt, quod ſuſpicor.* Et ſic alibi. Tertull. de fuga in Perſ. cap. 5. *Niſi ſi vis confiteri, pati non vis.*

*annulos buxeos*) Sic per contemptum puto nominare aureos, quia buxei ſint coloris. Quomodo

Var-

Digitized by Google

Varro in Sexageſ. anates appellat, *buxeis roſtris pecudes*. & Matialis, putidos dentes, *buxeos*.

*quos amicæ tuæ involaſti*) eripuiſti, ſubduxiſti Gloſſæ veteres: *Involo*, κλέπτω. *furo*, *involo*.

*Occuponem propitium*) ſc. *tibi opto*. quomodo cui optabant Jovem propitium. Porrò *Occuponem* hic accipio pro Deo eorum, qui quid occupant forſitan & acquirunt furto, videturque hoc cognomento celebratus Mercurius, furum deus, velut mitiore ac honeſtiore. Ac quia furto alter annulum ſubduxerat, hic ei optat propitium Mercurium Occuponem, ut prodeſſe illi faciat, uſumqve ipſius proſpere ſuccedere.

*hoc ferrum fidem habere*) Per *ferrum*, annulum intelligit ferreum, quẽ habebat in manu, cum comparat cum annulo alterius aureo. Plinius XXXIII. cap. 8. *memoria avorum multi, præturæ quoque functi, in ferro conſenuerunt*. Et aliqvanto ante: *ſiniſtra maximam auctoritatem conciliavere auro, non qvidem Romanæ, quorum more ferrum id erat*. Ita habent libri veteres. *Fidem habere* intelligit apud menſarium, qui in foro expoſitos habebat nummos, ut daret mutuo, accepta ſyngrapha, quæ ſubſignabatur annulo.

*volpiſuda*) Divide *volpis uda*, i. e. madida vulpes. Sic autem, velut proverbio vocat eum, qui ab adverſario male eſt habitus, victusque erubeſcit, qværitqve latebras.

*te toga ubique perverſa fuero perſecutus*) Qvænam hic eſt *toga perverſa*? Mentio fit *veſtis perverſæ* apud



Digitized by Google

unum Senecam lib. I. de ira cap. 16. Ubi de adminiſtratione ſuppliciorum: *Etſi perverſa induenda magiſtratui veſtis, & convocanda claſſico concio eſt; procedam in tribunal non furens.* Hoc loco varie exponunt veſtem perverſam; Muretus accipit de prætexta inverſa, Lipſius, Faber, & alii, de veſte plebeja, tunica, toga ſordida & pulla. Quoqvo autem modo accipias, non video, ut huc pertineat. Nam nec inverſa, nec ſordida pullave veſtis qvicquam facit ad perſecutionem. Adde, quod hic Aſclyti adverſarius non videtur fuiſſe in Magiſtratu, & conlibertus dicitur, in præcedentibus Trimalcionis.

*mufrius*) Hoc quale ſit, haud ſane dixerim.

*Didicimus*) Puta, ex hoc facto tuo, te non habuiſſe idoneum magiſtrum. Sic accipere verbum iſtoc licet. Qvanqvam mihi locus iſte totus valde ſit ſuſpectus.

*dicebat*) Suſpicor, *docebat.*

*ſunt veſtra ſalva*] Puto verbis iſtis contineri præcepta Magiſtri, quæ dare quotidie diſcipulis ſolebat. Ergo ſcribo: *Sunt veſtra, Salve*, h. e. veſtrum officium eſt, occurrentibus dicere, Salve, nec ſtare ac nugari diu, verum recta contendere domum.

*majorem maledicas*) Petronius in editis: *maledic illam verſibus, ut habeat pudorem.* Imitatus quoque eſt Tertullianus lib. adverſ. Praxeam: *Nos autem dicentes Chriſtum crucifixum, non maledicimus illum.*

*aut munera mapalia*) Suſpicor ſcripſiſſe, *haut numera mapalia* i. e. ne ſingulas pergulas in via inſpice, velut numerum omnium deberes inire. Gloſſæ.

*Map-*

Digitized by Google

*Mappalia*, καλύβαι. Alio loco. καλύβη, *caſa*, *tugurium*, *pergula*.

*nemo dupondum evadit*) Lego, *nemo dupondium evadit*. Poſtqvam retuliſſet hactenus, qvæ ſint præcepta probi Magiſtri, & quomodo ad ea ſe componant diſcipuli idonei, ſubdit, neminem poſſe evadere puerum nullius precii, qualis nempe ſit Gyton, qvi riſu ac contumeliis omnes afficiat. Sic Plinius, *evadere ſermonem malignorum*, uſurpavit in epiſt.

*ſic vides*) Plautus Amph. II. ſc. 1. *Sic ſum, ut vides*. Terent. Hecyr. III. ſc. 5. *Qui ſic ſunt, haud multum heredem adjuvant*.

*ſcordalias*) rixas & contentiones fœdas, quales eſſe ſolent nautarum, eſt n. à σκόροδον, *allium*, qvo frequenter nautæ utebantur. Petronius in editis ſic uſurpavit *ſcordali* voce: *redditaqve ſcordalo vice*. Gloſſæ Petronianæ: *Scordalus*, *homo alliatus*, *& illuvie ſqvaloreque fœdus*, *ſordidus*, *impurus*. Bene *alliatus*, ut dixi, & vocabantur ita cum alii, tum præſertim nautæ, qui cum aſperis eſſent moribus, hinc *ſcordali*, ferociores quicunqve ac contentioſi. Iſidori Gloſſæ: *Scordalus*, *ferox*. Ad eundem modum aliud Gloſſarium, Turnebo laudatum. Cumprimis vero eos denotat, qui litigant inter pocula. Vide Senec. epiſt. 56. & 83. itemqve Senecam Rhetorem ſvaſoria ultima, & quæ ibi Lipſio, & Scriverio notantur.

*ſvaviter ſit potius*) Sitis potius hilares.

*ſangven illi fervet*) Iracundus eſt. Cicero. V. fin. *Quotusquisque eſt, cum mors appropinquat, cui non fugiat timido ſangven*.

cum

*cum eſſes capo, coco, coco)* cum eſſes alterius ætatis generisqve, tuo iſto tunc ingenio vivebas. *Capo* eſt, quem Petronius in editis appellat *gallum ſpadonem*. Is voce utitur non gallinacei ſono, ſed gallinæ, quem refert illud *coco*. Subeſt porro quid turpiculi his verbis, oſtendunt enim licentiam ejuſmodi conceſſam pueris, qualis Aſclytos hic fuit.

*à primitis hilares)* Hoc *primitis* eſt nihili. Suſpicor, *apti, mites, hilares*. Probe, *apti*, h. e. ſociales, qui ſe jungere aliis, vivereque conjuncti poſſunt Cic. in Cornif. *O hominem ſemper quidem mihi aptum, nunc vero etiam ſvavem*.

*Homeriſtas)* Hi ſunt, qui carmina Homeri recitare voce canora ſolebant in conviviis, *Rhapſodi* etiam vocati, ut ex Athenæi lib. XIV. c. 3. colligitur. Diomedes lib. III. *Rhapſodi, quod partes Homerici carminis in theatralibus circulis cum baculo id eſt virga pronunciabant, qui ab eodem Homero dicti ſunt Homeriſtæ.*

*Factio*] caterua, multitudo, bono ſenſu. Feſtus: *Factio, & factioſus, initio honeſta vocabula erant, unde adhuc factiones hiſtrionum & quadrigariorum dicuntur.*

*haſtisqve ſcutum concrepuit)* Livius præpoſitionem addit lib. XXVIII. cap. 29. *Exercitus gladiis ad ſcuta concrepuit.*

*colloqverentur)* Fruſtra forſan hæc exigimus ad conſvetudinem Homeriſtarum, quando hi alio fine fuerunt adducti, ut liquet facile ex ſequentibus.

*inſolenter)* raro Cic. de Inv. I. *Evenire vulgo ſoleat, an inſolenter & raro.*

*Diome-*

*Diomedes & Ganymedes*) Sunt hæc rurſum ſuperioribus ſimilia, nec cum hiſtoria convenientia, eam ob cauſam, quam ante dixi.

31. *Parentini*) Mallem, *Tarentini.*

*vicit ſcilicet*) Quis? An Agamemnon? Num deeſt vocabulum illius, qui victoriam obtinuit?

*inter familiam diſcurrentem*] Sicut Phædrus noſter: *inter manus ſublatus.*

*Vitulus*) Quid? vitulus, & is elixus hic apponitur? Atqui viri docti notant, apud veteres fuiſſe rariorem vitulinæ uſum. Extitit profecto olim conſtitutio Valentis, qua prohibebatur populis Orientis. Hieron. cont. Jov. II. *Imperator Valens, nuper legem per Orientem dederat, ne quis vitulorum carnibus veſceretur, utilitati agriculturæ providens.* Sed hæc ipſa conſtitutio ſubinnuit, non fuiſſe penitus ignotum, ſaltem per Orientem. Cicero quoque mentionem facit vitulinæ, licet aſſæ. Ita enim lib. IX. ep. 20. *Itaque usque ad aſſum vitulinum opera perducitur.* Et in veteri colloquio nominatur *vitulinum*, *μόσχειον.* Denique apud Plautum habes in macello, unde comparare ſibi quærit Euclio ad filiæ ſuæ nuptias. Verba ſunt in Aulularia II. ſc. 8.

*Venio ad macellum, rogito piſces. indicant*
*Caros; agninam caram, caram bubulam,*
*Vitulinam, cetum, porcinam* ——

*lance clunaria*) Quænam eſt hæc *lanx clunaria*? num à *clunibus* ſic dicitur? At quæ derivationis & denominationis hujus ratio? Suſpicabar, *clumaria*, quaſi qua cluma ſeparari poſſit à frumento,

vann-

Digitized by Google

vanni inſtar. Nam & apud Nonium eſt *cluma* loco *glumæ*, ut à *cluma* ſit *clumarius*, quemadmodum à *pluma, plumarius*. Quin imo apud Philoxenum reperio *clunar*, χερνιβῆς λέπυρον, quod cum lectione prima quadrat optime. Sed vereor, ne & hic *clumar* ſcribi debeat. Deniqve apud ipſum Petronium in editis eſt *lanx argentea in qua purgatur piſum*, forte non multum diſſimilis ab hac noſtra.

*modo ſpuma*) Emenda, & diſtingve ſimul: *modo verſa, modo ſupina, geſticulatus mucrone, fruſtra collegit*. Collegit fruſtra, quæ jacebant, alia verſa, alia ſupina, mucrone cultri, quem flectebat in gyros atque huc illucque movebat. *Colligere*, opinor, hic eſt *ſtruere*, i. e. congerere decenter partes, & cuique ſuas præbere, unde & *ſtructores*, quos in editis facere alios à ſciſſoribus Petronius videtur.

*elegantes ſtrophas*) quibus ſub perſona Ajacis introductus in triclinium Sciſſor eſt.

*deductus lacunaribus*) Corrige, *diductis lacunaribus*. Tangi videtur illud, quod eſt apud Svetonium Neronis cap. 31. *Cœnationes laqueatæ tabulis eburneis verſatilibus, ut flores, fiſtulis ut ungventa deſuper ſpargerentur.*

*gremioqve ſatis amplo*) Meminit & Phurnutus Priapi, *geſtantis omnium fructuum miſcellaneam ſinu*. E apud Piſonem in de Nummis antiqvis Gallice conſcripto commentario habes effigiem ipſius proprie ac peculiariter huc facientem.

32. *ſacrum eſſe periculum*) Hoc non aſſeqvor. Puto plane vocem *periculum*, præcedentis *ſacrum* gloſſema eſſe, Horatius II. ſat. 3.

*met*

—— *metuensqve velut contingere ſacrum.*

*candidas ſuccincti tunicas*) Ovid. X. Met. 536.

*Nuda genu, veſtem ritu ſuccincta Dianæ.*

*lares bullatos*) Qvaſi lares ipſi culti bullis fuerint. Sane bullas laribus ſuſpendi ſolitas docet Perſius V. v. 31.

*Bullaque ſubcinctis laribus donata pependit.*

*Cerdonem*) A Græco κέρδος, arbitror, quod ſignificat *lucrum*. At vero ſeqvitur *Lucronem*. Quid igitur, ſi ſcribamus *Certonem*, à certando formatum, quia certavit velut Trimalcio cum aliis, qvos deinde ſuperavit felicitate, atqve lucro, unde facta nomina ſequentia. Quæ cum ſint Latina, vix hoc Græcæ originis erit ſtatuendum.

*bonam mentem*] Sic ſolebant veteres in fine convivii. Notavit ſtrictim Urſinus in Appendice ad Ciacconiũ de Triclinio p. m. 187. ſed Sanctandreanæ; quam iccirco vide.

*Solebas, inquit, ſvavius eſſe*] Iſtæc puto ſic legenda: *Solebas, inquit, ſvavis eſſe in convictu. Neſcio quid nunc taces, nec mutis.* Neſcio, quæ ſit cauſa, cur nunc ſic taceas, ac ne muſſites quidem. Infra: *& ſolebas ſvavis eſſe, canturire.*

*gaudimonio diſſilio*] Illud *diſſilio* accipio pro, hinc ſalio, ut *diſcedo*, velut durare neqveat in loco, ſed cogatur exſilire. Apul. *vertibulo oſſa diſſilierant.* Sic nonnihil inferius: *Felicitate diſſilio.* Etiam Iſidorus poſuiſſe pro mobili videtur lib. X. voce *gravis*, ubi ait: *Gravis pro conſilio & conſtantia dictus, quia non levi motu diſſilit, ſed fida conſtantiæ gravitate conſiſtit.* Niſi malis poni pro *rumpor*, quomodo Terentius

dixit,

Digitized by Google

dixit, *riſu emorior*. *Gaudimonium* ſic eſt dictum, ut *querimoniam*. Hieron. in Procemio Proph. *Gaudimonium ejus erit in luctu.*

*hilaria mera ſint*) Puto *mera* hic valere *vina*.

*& ſi timeo*) Junctim eſt ſcribendum, *etſi timeo*. Petronius: *nec minus liber ſum, quam vos, etſi pauperem pater me reliquit.*

*ne derideant*) Seqventia oſtendere videntur, qvod hic rectum ſimplex ſit, *rideant*.

*quid enim mihi aufert*) nocet Petron. *Nemo auſu eſt artem damnare, nihil auferentem.*

*rideri, quam derideri*) Differunt hæc duo, quia pri us fit ex voluptate, poſterius ex averſatione eorum quæ dicuntur, habetqve alterum favorem, alterun contemptum ejus, ob quem ridemus. De voce *de rideri* notum eſt, & docent veteres Grammatic *Rideri* verbo ita uſus eſt Quintilianus lib. I. cap. ubi agit de noſcendo ingenio diſcipulorum: *No* aït, *dabit mihi ſpem bonæ indolis, qui hoc imitandi ſt dio petet, ut rideatur.*

*Hæc ubi dicta dedit*) Eſt hemiſtichion Petroni num; ſic enim edita:

*Hæc ubi dicta dedit, dextræ conjungere dextra conatus*. Quanquam ante eum uſurparit jam Lu lius, ut ex Nonio, voce *Pauſa*, novimus. Ergo m lem ſeorſum, ad modum hemiſtichii ſcribi. Puto tem plane ex Virgilio deſumptum, qui ſic lib.I. *Hæc ubi dicta*, &c.

*qvomodo dii volunt*) facete, ac cum riſu quoc illa hic adhibita eſt formula. Supra: *quomodo cunt*. inf. *quomodo noſti.*

Digitized by Google

*baci bellum*) Hoc quid ſibi velit, aliis relinqvo cogitandum.

*corporaliter*) Uſurpavit hoc Ulpianus, licet ſenſu nonnihil diverſo. Etiam Arnobius lib. V. *Corporaliter prohibet univerſa nos exequi.* & Tertullianus de Carne Chr. 11. *niſi corporaliter exhiberetur.*

*res venerarias*) Scribendum, *res venerias*, ut liqvet.

*quod bene moriar fuit.*) Totus hic locus peſſime diſtingvitur. Sic autem emendari debet: *ſed magis, quod, bene moriar, ſi quid ab illa petii, nunquam mihi negatum fuit.* Illud *bene moriar*, formula jurantis eſt. Certè non pagani, ſed Chriſtiani. Sic paulo ante: *ita bene moriar, aut populus per exitum meum juret.*

33. *Aſſem, ſemiſſem habui*) pro, *ſi aſſem, ſi ſemiſſem habui.* Bene.

*in illius ſinum demandavi*) Rarum genus locutionis, de quo amplius deliberandum.

*feſſellitus ſum hujus*) Scribendum, ac diſtingvendum eſt: *fefellitus ſum. Hujus contubernalis.* Verum illud *fefellitus* haud mihi quidem placet. Quid ſi legatur, *fefellit uſum?* puta ejus aſſis, vel ſemiſſis, i. e. fecit dolò, ut, cum neceſſe eſſet, uti eo non poſſem. *Fallere uſum*, ut *fallere ſpem*, *fallere judicium*, & ſimilia.

*Ad villam*) in villa. Cic. Philip. II. *Pecunia utinam ad ædem Opis maneret.* Idem Or. pro Roſcio: *An amandarat hunc ſic, ut eſſet in agro, ac tantummodo aleretur ad villam.* Varro II. R. R. 11. *ad caſus inſtrumentum ſervare poſſunt.* Aſconius ad Cicer. Divin. *Ad urbem*, *in urbe.*



Digitized by Google

*per ſcutum, per ocream egraginavi*) Quid ſit illud non excogito. An ſcribendum: *ego agi- egraginavi*, non excogito. An ſcribendum: *ego agitavi?* Curtius, lib. VIII. cap. 5. *Quonam modo cæleſtes honores uſurparet, cœpit agitare.*

*in anguſtiis*) rebus anguſtis. Cic. in Lel. *Amicus certus in re incerta cernitur.*

*Capua exiemt*) Mallem, *Capuam exiemt*, nam loquitur de ſuo domino. Is autem eopſe commorabatur in oppido, ubi tum ſermones habebantur. Quod liqvet, quoniam præcedit, *habitabamus in vico anguſto.*

*ſcruta ſcita expedienda*) Scribe *ſcruta ſcite expedienda*. Porrò *expedire ſcruta*, eſt, venalia proponere. Ovid. I. Am. 421.

*Inſtitor ad dominam veniet diſcinctus emacem,*
*Expediet merces teque ſedente ſuas,*
*Quas illa inſpicias, ſapere ut videare, rogabit.*

*ad quintum milliarium*) Svet. Fl. Veſp. cap. 1. *ad ſextum milliarium à Nurſia Spoletum euntibus.*

*apoculanius*) Hoc quid ſit, non aſſeqvor ſatis. Suſpicor nihilominus, locum totum ita oportere ſcribi, *tanquam Orcus. Apoculamus nos circa gallicinia (Luna lucebat tanquam meridie) venimus inter monumenta.* Illud, *apoculamus nos*, ſic dicitur, ut paul poſt: *ego me apoculo. Apoculo*, eſt Græcum ἀποκυλίω *avolvo, amoveo, removeo.* Livius ſic latine uſurpavit lib. I. cap. 47. *faceſſe hinc Tarquinios, aut Corinthum: devolve te retro ad ſtirpem.* Ita cenſeo legẽdum, nõ *devolvere*, quod parũ convenit cum præcedentibus. Horatius pro eo poſuit, *removeo*, l II. Sat. 6. iſto verſu:

E

Digitized by Google

*Ergo ubi me in montes, & in arcem ex urbe removi.* *Removi*, eſt ἀπεκύλισα, *apoculavi.* Adde eundem II. ſat. 1.

*luna lucebat tanquam meridie*) Hæc verba parentheſi includenda. Senſus eſt, lunæ lumen feciſſe tam clara omnia, tanquam merus eſſet dies. De phraſi tamen cogitandum, quando luna utique meridie non lucet. Puto *luna* eſſe ablativum cauſſæ, ac *lucebat* poni abſolute.

*ſed ego cantabundus*) Suſpicor ſcribendum, *ſedeo ego contabundus*, i. e. expecto ipſum.

*ſecundum jam poſuit*) An, *ſecundum viam poſuit?*

*ſtabam*) Virg. in Ætna.

*Et Mavors ſævus, & cætera turba deorum*
*Stant utrinque metu* ————

*mihi in animo*) Ante hæc verba cenſeo abeſſe quædam, quæ oſtendebant mutationem ejus.

*circum minxit*) Mallem junctim ſcribere, *circumminxit*. Sic eſt, *circumcire*, *circumtondere*, apud Petronium.

*ubi eſſem*) Terent. Heaut. II. ſc. 2. *Ubi ſim neſcio.*

*mataritata*) Vocabulum pesſime corruptum. An ſcribendum, *male vitatas umbras?* num potius, *male irritatas umbras*.

*In larvam intravi*) Scribo, *januam intravi*. Petronius in editis: *heſterno die mulier quadam haud inculta januam intravit*. Adde Phædrum noſtrum.

*per bifurcum volabat*) *Bifurcum* eſt, quicquid in partes duas, velut furcam eſt diviſum. Quomodo Columella lib. III. cap. 18. *paſtinum* appellat *ferramentum bifurcum*. At hoc neſcio quid faciat iſto lo-

co. Ideoque cenſeo deeſſe qvidpiam, præſertim cum nec verbum *volare* conveniat ſudori..

*vix unquam*) vix tandem. Illud *unquam* ita uſurpari apud alios non recordor. Noſter infra rurſum, *vix oculo mortuo unquam illum emi.*

*ante*) prius, citins. Terent. Andr. 1. ſ. 5. *Nonne oportuit præſciſſe me ante.*

*nobis adjutaſſes*) Pacuvius in Chriſe, citante Donato ad Terentii Adelph. Prolog. *Adjuta mihi.*

*omnia pecora, tanquam lanius*) Poſt *pecora* ſcribendam ſtellulam puto, deſunt enim aliqua; niſi mavis illa, tanquam minus auſpicata, reticeri, quod mihi rectius videtur, atqve ideo mox, *miſiſſet*, ſcribi oportere. Porro *ſangvinem miſſe* dicitur, quia non necavit ſed vulneravit morſu, ſicut ſolent lupi, cum in gregem veniunt. neminem invulneratam relinqvunt.

34. *operire oculos*) claudere, contrarium τȣ̃ *aperire*. Petronius in editis: *oculis opertis bona ſua computant.*

*hac noſtri domum*] ſuſpicor ſcribendum, *huc.*

*copo compilatus*) *copo*, eſt *caupo*, atque ita etiam apud Ciceronem habent veteres membranæ non uno loco. Philoxenus: *Copo & caupo*, κάπηλος. A *compilatus* dicitur, qui furto læſus eſt. Nonius in voce, Suppilare. *Suppilare eſt involare, vel ſuperare à pilorum raptu, unde & furtum paſſi, compilati dicuntur*. Solent autem hi curſu ſtudioqve perſequi ſummo, quos ex hoſpitibus mane cognoverunt furtum feciſſe. Quo reſpicitur hoc dicto.

*bovis*) Scaliger ad Feſtum voce, Aſſeres, *Axis*, xer

*xeris, ut ſuis, ſueris; Jovis, Joveris; bovis, boveris.* Adde Varronem lib. VII. de LL. unde ſua Scaliger deſumſit.

*verſipellem*) Proprie ſic appellat, qui ex homine fieri ſolet lupus. Plinius VIII. cap. 22. *Homines in lupos verti, rurſumque reſtitui ſibi falſum eſſe, confidenter exiſtimare debemus. Unde tamen iſta vulgo infixa ſit fama in tantum, ut in maledictis verſipelles habeat, indicabitur.* Philoxenus, *verſipellio*, χαμαιλέων καὶ λυκάνθρωπος.

*Non ſi*) Terent. And. IV. *Non ſi capiundos mihi ſciam eſſe inimicos omnes homines.*

*qui hoc de alibi exopiniſſeni*) Hæc corrupta ſunt, nec quid ſibi velint, ſatis diſpicio.

*lingvoſus*) garrulus, λάλος. Uſurpavit hoc vocabulum Hieronymus tali ſenſu ſæpe, ut docet Caſaubonus in Characteribus Theophraſti.

*vitam chiam*) delicatam intelligo, mollem, jucundam, quomodo & *riſus chius* dictus eſt proverbio, de quo, qui Adagia compilarunt.

*geſſi ipſimi*] Puto ſcribendum: *geſſi ipſimi.* Tò *ipſimi* uſurpat etiam in ſequentibus: *femina ipſimi domino fui*, ubi vide. *Geſſi*, eſt *egi*. Quomodo B. Cyprianns in orat. ſub martyrii horam: *Tibi gratias & laudem gero Deus.* Livius XXXIX. c. 54. *Neque illos recte geſſiſſe, quũ in Italiam veniret.* Ita Optimus Gronovius lib. IV. Obſ. c. 14. ubi vide plura. Plautus Pſeud. I. ſc. 2. *Sed tace, atque hanc rem gere.*

*monſtri delicatus*) Scribo, *noſtri delicatus.* Quomodo apud Spartianum in Adria. c. 4. *delicati Trajani*, hoc eſt, οἱ ἐρώμενοι. Vide Caſaubonum eo loco.

*cacritus, & omnium numerum*) An legendum, *caritus & omnium numerum?* Poſſet *caritus* accipi pro eo, qui ex cæra eſt formatus, ut ſic notaretur pulchritudo ejus. Num potius *cirmtus*, quod inverſè poſitæ fuerint literæ? ut intelligatur cincinnatus, comptulus. Tales enim amabant. Vide Senec. ep. 95. *Numerûm*, eſt *numerorum*. Omnium numerorum eſſe dicitur, qui habet omnes numeros, i. e. perfectus atque abſolutus eſt: ſicut eſſe bonæ indolis, & habere bonam indolem uſurpamus. Cicer. de offic. I. *Illud autem officium, quod rectum appellant, perfectum atque abſolutum eſt, & , ut iidem dicunt, omnes numeros habet.* Noſter infra: *Duo tamen vitia habet, quæ ſi non haberet, eſſet omnium numerorum.* Sic enim legendum ibi, non *nummorum.*

*in triſtimonio*) Scribe, *triſtimonia.* Nævius apud Feſtum in Colace: *Triſtimoniam deturbat ex animo.*

*Jovem iratum tollere*) ſicut *taurum tollere* Petronius in editis.

*curioſe*) diligenter. Petronius iterum in editis: *de terſiſque curioſe manibus inclinavit ſe in lectū.* Loquitur autem de manu involuta veſte, clypei loco. De qua conſvetudine Petron. *Intorto circa brachium pallio, compoſui ad præliandum gradum.*

*ſalvum ſit, quod tango*) Formula eſt ejus, qui avertit omen, quod in ſe ex narratione mali alieni venire poſſe pertimeſcit. Itaque hic parentheſi debet includi. Nam præcedens *hoc loco* demonſtrative debet intelligi, quia ſimul cum his verbis intenderat digitum in ſui propriique corporis eum locum, in quo corpus mulieris fuerat vulneratum.

*&*

Digitized by Google

*& plane non mentior*) Mallem ſcribere ac diſtingvere, *at planè, non mentiar, ipſas non vidimus.*

*introverſus*) Divide, *intro verſus*, nempe intra oſtium, extra quod cucurrerat ante. quomodo *retro verſam aciem* dixit Horatius.

*mala manus*] venefica, magicaque arte armata. Sic *malum carmen* habemus apud Plinium & alios iſto ſenſu. Inſcriptio vetus apud Gruter. p. 586. *Qvo tempore. vivere debuimus. à. mala. manu. diſparati. ſumus.* Plaut. Amphitr. II. ſ. I. *Huic homini neſcio qvid eſt mali mala objectum manu.*

35. *amplexaret*) Puto melius ſic ſcribi: *dum mater amplexat, & corpus filii ſui tangit, en videt* &c. Illud *amplexare* active ſic poſuerunt alii quoque, interque illos ipſe Cicero.

*manuciolum*) puto faſciculum denotari, nec eſſe multum *à manicillio* diverſum, quod in Gloſſis legitur, Græceque χειρίδιον redditur, hoc eſt neſcio quid, repurgandis pavimenti parietumque ſordibus accommodatum, uti à Polluce docemur.

*ſcilicet jam ſtriga*) Meminit Petronius in editis: *Quæ ſtriges comederunt nervos tuos?* Porro ex hoc loco ſuſpicor, ſcribendum eſſe *ſtriges*. Quanquam & Philoxenus: *Striga*, γυνὴ φαρμακίς. De ſtrigibus hiſce habes aliàs non pauca huc ſpectantia apud Apulejum lib. II. Aſini. cui poteſt addi Plautus Pſeud. II. ſc. 2.

*vaccatonem*) Sic fortasſis à vacando dictum, qvod eſſet vacuus inaniſque, ac deſtitutus inteſtinis. Licet vocabulum hoc aliàs non lectum nobis ſit.



Digitized by Google

*ſcia)* ſcientes, doctæ. Pacuvius, citante Priſcano: *neque quemquam invenit ſcium.* Gloſſæ veteres: εἰδὸς, *ſcius.* Nempe ſicut dicuntur *ſagæ*, à ſagiendo, quod multa ſentiant intelligantque, ita *ſciæ*, quod multa ſciant. A *ſcio* eſt diminutivum *ſciolus.*

*nocturnæ*] Sic appellat, propter ſacra magica, quæ noctu ſolent celebrare, artemque ipſam, quam exercent noctu.

*oſculatique menſam*) velut rem ſacram. Sic enim habitas fuiſſe docent paſſim veteres.

*ſuis ſe teneant*) puta, *finibus.* Cicero III. Fin. 1 *Quare illam quidem dimittamus, & ſuis ſe finibus tenere jubeamus.*

*lucernæ mihi plures videbantur ardere*) Hoc eſt, ebrius eram. Ita enim fit in ebrietate. Horatius II. Sat. I.

—— *ſaltat Milonius, ut ſemel icto*
*Acceſſit fervor capiti, numerusque lucernis.*

Habes ſimilia apud Lucretium atque Juvenalem.

*tibi dico)* Formula excitantis. Terent. Hecyr. IV. ſc. 1. *Quid ais, Myrrhina? heus, tibi dico.*

*& ſolebas*) mallem: *at ſolebas.*

*canturire*) facilis eſſe ad cantus, Philoxenus: *canturit*, ψυθυρίζει.

*deverbia*] Hunc totum locum ſic conjicio legendum: *belle deverbia dicere, melicave. Heu, heu! abiſtis dulcis caricæ?* Quærit, *an abiviſtis caricæ dulces?* Caricæ, pro re quavis grata & ſuavi, quia caricarum apud veteres longe maxima æſtimatio. *Dulcis*, eſt pro *dulces*, ſicut ſolet locis aliis. *Abiſtis* pro *abiviſtis* deſiiſtis, ceſſaſtis eſſe. Cicero in epiſtol. *Illa mea*

qu

Digitized by Google

*qua ſolebas anteà laudare, abierunt. Deverbia* ſuntComœdiarum partes, quales recitare conſveverunt in convivio. Diomedes lib. III. *Diverbia ſunt partes comœdiarum, in quibus diverſorum perſonæ verſantur.* De Comœdiis per partes recitari ſolitis in convivio, res nota eſt. *Melica*, Lyrica ſunt carmina.

*tonſtrinum*) in quo garruli ac loquaces ſolebant convenire. Docuit pridem Caſaubonus ad Theophraſti Characteres p. m. 243. Nos quoque olim ea de re egimus ad Æliani noſtri lib. VI. Var. Hiſt. cap. 12.

*ſordidiſſimus dentibus*) Scribe, *ſordiſſimis dentibus*, & de puero intellige.

*hac nauſea*) Ratio requirit, ut ſcribatur, *hac nauſea*, panem nempe iſtum. Puto autem hic deeſſe ea, quibus ſaginaverit catellam, & iccirco poſt *recuſantem* aſteriſcum oportere ſcribi.

36. *jactans candidum panem*) Phædrus noſter, lib. III. c. 8. *fruſta jactat familia.* Dicam ibi amplius in curis ſecundis.

*canino ſubiret uſus ingenio*) Lego *Scylax canino ſubirate uſus ingenio*, i. e. nonnihil fuit iratus pro ingenio canino, ſicut ſolent canes præſertim tales faciles iraſci. *Uſus ingenio*, ut apud Petronium vulgatum, *uſus beneficio, conſilio, viribus.* Curtius VII. cap. 8. *Qui mihi permittunt uti ingenio meo.*

*margaritamque*) catellam pueri.

*non moratus ille uſus equo*) An ſcribendum, *non motus ille, & uſus equo?* equum intelligo Trimalcionem, quia juſſerat puerum ſupra dorſum ſuum aſcendere.

*bucca, bucca, quot ſunt hic*) Puto innui genus ludicri, quod hodieque paſſim frequentatur pueris. Clauduntur uni oculi, cæteri palmis feriunt ſcapulas, mox digitum imponunt, jubentque divinare, quis ſit, pollexne, an index, num alius quiſpiam. Sed pro eo, quod hic digitus imponitur, veteres micando uſi videntur, id eſt, ſic protenſis digitis, ut nunc hunc, nunc alium referrent numerum, quem cogebatur divinare is, qui oculos habebat tectos. Cæterum illud *bucca* quid ſit, non definio. Poteſt vox formata joco eſſe, ut in talibus conſvevit. Poteſt & ſcurram denotare. Quomodo apud Juvenalem Sat XI. *Curtius & Metho buccæ* leguntur. Niſi putes *bucc*[...] ſcribi oportere, accipiqve pro ſtulto. Quomodo apud Plautum in Bachid. V. ſ. 1. ſunt *ſtulti, ſtolidi, fa*[...] *tui, fungi, bardi, blenni, buccones*.

*camellam grandem juſſit miſceri*) compleri vin[...] Virgil. I. Georg. 9.

*Poculaque inventis Acheloia miſcuit uvis,*

Martialis lib. XI. ep. 6. *Miſce dimidios puer triente*[...] & lib. VI. ep. 54.

*Miſceri ſibi protinus deunces*
*Sed crebros jubet* ———— ————

*mattea*) bellaria. Meminit & Svetonius in Ca[...] cap. 38. Nam cum vulgo ibi legant *mactea*, Me[...] mianus aliique libri rectius habent *mattea*.

*circulata ſunt*) Scribe, *circumlata ſunt*. Qu[...] quam iſto modo & infra.

*ova anſerina pileata*) Quomodo, *pileata*; An ut[...] pra *aper pileatus* eſt appoſitus? At hoc vix conv[...] in ova. Suſpicor hic mendam latere, aut etiā ab[...]

q[...]

Digitized by Google

quidpiam. Sed ſic habes quoque infra, ut ſit amplius cogitandum.

*ambitioſiſſime nobis Trimalcio petiit*) Suſpicor, abeſſe præpoſitionem, ſcribique oportere, *ambitioſiſſime à nobis*. Ellipſin profectò talem obſervare non recordor.

*Benè fuit*) ſcil. nobis, quomodo apud Plautum Merc. II. ſc. 2. *benè ſit tibi*: quanquam ibi ſit formula abeuntis & valedicentis.

*exoſſatas*) Lucretius lib. IV.

*Atque exoſſato ciet omni pectore fluctus.*

*percusſit*) virga, ex more, ad ſignificandum magiſtratus publici adventum. Habes latius apud Lipſium I. Elect. 23.

*amictuque veſte alba*) Commiſſator Habinnas, Sevir ejus Coloniæ, ut mox audiemus, veſte alba amictus, propter feſtum, cui interfuit, convivium. Horatius.

*Ille repotia, natales, aliosque dierum*
*Feſtos albatus celebret* ———

Cicero Or. in Vatinium. *Qvum ipſe epuli dominus Q. Arius albatus eſſet* &c. Eſt autem *alba veſtis*, recens, nova, nec ſordibus maculata. Vide Lipſium I. Electt. c. 13. & quæ nos olim ad Pacati cap. 37.

*tentavi aſſurgere*) Petronius: *tentavit muliercula dare cibum. Aſſurgere*, eſt, loco cedere honoris gratia. Qvod ſic abſolutè uſurpavit quoqve Cicero de Senect. *Hæc enim ipſa ſunt honorabilia, quæ videntur levia atque communia; ſalutari, appeti, decedi, aſſurgi.*

37. *& contine te*) id eſt mane.

*Sevir*) Qvalis fuit & Trimalcio, ut inſcriptio ipſius tri-

us triclinii poſtibus affixa docet in jam editis. Fuerunt porrò Seviri, magiſtratus colonici, ſacris in honorem Auguſtorum faciendis præfecti, atque ob i *Auguſtalium* elogio ornati, creari à Decurionibu ſicut docent veteres apud Gruterum inſcriptione Et quia magiſtratus erant, habent lictores ſuos, ſic hic Habinnas, & in præcedentibus Trimalcio. A lictores enim referendi faſces illi cum ſecuribus i poſtibus prædictis. Qvamqvam hoc ab ipſis arr ganter magis, qvam ex jure factum fuerit, ut in ant indicato Electorum loco Lipſius teſtatur.

*qui videretur*) Puto, *videtur*, ſcribendum.

*Pretorio loco*) Summo, qvem occupare Præto in Colonia ſolebat, ſi qvando eſſet præſens, qva c re ſupra qvoqve dixi; qvanqvam nihil tale obſe varim apud alios, qvod recorder. Cl. Gronovius i epta imitatione *locis Conſularis arbitratur dictu.*

*ſciſſa lacuum novendialem*) Cenſeo ſcribendum *Sciſſa ſacrum novendiale ſervo ſuo faciebat.* De ſacr novendiali in honorem defuncti habes abunde a pud Kirchmannum.

*miſello)* Hoc credo ſervi nomen fuiſſe.

*& puto cum vicenſimariis*) Iſta lego ad hunc mo dum, *& puto, cum viceſimariis, magnam mantiſſam habet.* Intelligo de Sciſſa, eum ait habere viceſima rias, & una cum illis mantiſſam magnam, puta bonis manumiſſi Miſelli. *Viceſimarias* expono pe cunias, quæ dependebantur patronis ab illis, qvi rant manumiſſi. Quomodum & apud Livium o currit *aurũ viceſimariũ.* At *mantiſſa* eſt, qvidqvid a di

ditur rei principali, ut hoc loco alia qvævis, præter debitas illas pecunias.

*Tamen*) optime. Senec. ep. 96. initio. *Tamen tu indignaris aliqvid.*

*exiſtimant mortuum*) putant defunctum tot millia poſſediſſe. *Exiſtimant*, eſt *æſtimant*, *cenſent*. Cicero de Orat. *Nonnulli dum operum ſuam magnam exiſtimari volunt.*

*in primo porcum poculo*) Scribe: *in primo porcum ferculo*, nam ſeqvitur mox: *Seqvens ferculum fuit.*

*ſaucunculum*] Hoc qvid ſit, ægre divinavero.

*gizeria*) Mallem, *gigeria*. Nonius: *Gigeria, inteſtina gallinarum, cum iſitiis cocta.* Feſtus: *Gigeria, ex multis opſoniis decerpta.* Qvod non puto repugnare, falſumve eſſe, propter isſitia, ceu putabat Scaliger.

*& certe betam*) Sub iſto *certe* latet vox alterius cibi.

*panem autopirum*] factum ex farina, cui nil furfuris eſt detractum. Meminit Plinius, & quandoqve fermentatum fuiſſe oſtendit lib. XXII. cap. 25. *Ad omnia autem hæc fermentatus, qui vocatur autopyros, utilior.*

*de ſuo ſibi*) Sic Apicius lib. V. *ſuffundis jus de ſuo ſibi.* Item: *de ſuo ſibi jure pertangis.* & ſic alibi.

*cum mea re cauſa facio*) Supra: *ſi quis veſtrum voluerit ſua re cauſa facere*; ubi nihil corrigendū liqvet ex hoc præſenti loco. *Mea re cauſa*, eſt, *è mea re, velut cauſa.*

*excellente Hiſpanum*) Ratio poſtulat, ut ſcribatur, *excellens & Hiſpanum.*

me-

Digitized by Google

*me uſqve tetigi)* Forſan hæc tam corrupta, ſic reſt tuenda ſunt. *De melle melius. Quæ tetigi circa, cic & lupinum, Caluæ arbitratu, & mala ſingula.* De me le, ait, melius aliqvando edi, qvam de ſcriblit nempe, qvia excellens fuit. qvæ tetigi ex cibis circ poſitis, cicere videlicet ac lupino, feci arbitratu Ca væ, qvæ me orabat, non qvod mihi placerent. Nem pe inter viliores erant cibos. Vide Martialem l. ep. ad Turanium. Ne ergo videretur dedignari, xor ſic oravit.

38. *in mappa*) Martialis lib. II. ep. 30.

*Hæc cum condita ſunt madente mappa,*
*Traduntur puero domum ferenda.*

*habebo convicium*] convicio me proſeqvetur. Pe tronius: *Propter morum differentiam odium habe* Livius I. c. 10. *Ni parcat patri, habiturum infortun um eſſe.* Plaut. Amph. II. ſc. 2. *Tu magnum malum habebis.*

*me admonet*) Mallem, *admonuit*, ut referatur a Scintillam, qvæ juſſerit eum iſta capere hoc fin Nam Scintilla *domina* Habinnæ, id eſt, uxor, uti l qvet ex ſeqventibus. Uxores enim appellaſſe do minas, eruditi pridem docuere. Quanqvam & ſe vata ſcriptione veteri posſit intelligi de præſen admonitione, qua rogabat Habinnam Scintilla na rare, qvæ ſeqvuntur de carne urſina.

*in proſpectu habuimus*) Suſpicor, *inproſpectum* con junctim ſcribi oportere, ut ſit, *improviſum.*

*ſapa*] Plinius lib. XXIII. cap. 3. *Vino cognata r ſapa eſt, muſto decocto, donec tertia pars ſuperſit.* Se quomodo hic ſapa inter cibos? Mallem legere, n

*pa-*

Digitized by Google

*pa*, niſi & de his mox ſeqveretur. Forte fuit ſapa inter imbammata qvoqve, non ſola poculenta.

*corde fruſta*) lego, *cordis fruſtra*.

*epatia*) Horum meminit Lucilius lib. VIII. *Gigeria ſunt, ſive adeo hepatia*. Puto ita dicta, qvod ex hepate herent.

*concagatum, pax palamedes*) Ex his nil idonei exculpo, niſi quod id *pax Palamedes*, referam inter exclamationes, putemque hic adhibitum propter artem & ingenioſam cibi præparationem. Palamedem inventorum raritate celebrem fuiſſe apud veteres vel ex proverbio eſt notum. Hinc ergò *pax palamedes* fuerit, pro *pax ſit Palamedes*, hoc eſt, pace tua fiat, pace tua dixerim. Cicero in Somnio: *Ne me è ſomno excitetis, & pax ſit rebus*.

*oxicomina*) Suſpicor, *oxigonia*, & de neſcio quo aculeato genere cibi, quale eſt, qvod tribulus vocatur, accipio.

*pugno ſuſtulerunt*) Puto innuere, tactu prædicti cibi quoſdam fuiſſe læſos. Verba qvomodo emendem haud invenio.

*perna emiſſionem*) lege, *perna miſſionem*.

*galbino*) viridi, luteo, χλωρῷ. Hinc apud Juvenalem, *aut galbina raſa*. Salmaſius prolixe de colore hoc in magno opere.

*cingillo*) Philoxenus. *Cingillus*, ςρόφιον, ζώνιον. Aliud Lexicon vetus. *Cingillum*, ζωνάριον. Legitur & in Gloſſis Tullii Tyronis p. 158. Habes ad hoc exemplum *vaſcillum*, apud Macrobium, pro parvo vaſe.

*cemſina*] Sic in editis eſt *cingulum ceraſinum* oſtiarii.

rii. *Ceraſinus* autem color à ceraſo, ut à cera cerinus: à praſo, praſinus. eſt vero dilute ruber.

*phæcaſiæqve inauratæ)* Mallem, *phæcaſiaque inaurata*. Græcum enim genus calciamenti eſt. At his eſt Φαικάσιον, ut ex Heſychio, Polluce, etiam Plutarcho novimus. * Qui poſtremus facile oſtendit, non modo ruſticum, quod Heſychius volebat, ſed & civicum urbanumve fuiſſe, qvando tribuit Antonio per Gymnaſia una cum pallio ambulanti. Seneca commememorat in philoſopho, eoque Pythagorico VII. Benef. cap. 21. Appianus in Sacerdotibus Alexandrinis, ut virile magis, quam muliebre fuiſſe appareat. Quo cum convenit, quod in Petronii excuſis legitur.

*craſſimis*] Suſpicor ſcribendum *craſſiſſimas*, ut reſpiciat, *armillas*, maxime cum mox ſequatur de pondere.

*ex ſobriiſſa*) Lego, *ex obruſſo*, id eſt, *obryzo*. Auri obryzi, velut optimi puriſſimiqve mentio freqvens apud idoneos auctores.

39. *mulieres compedes*] Corrige, *mulieris compedes. Sic nos baceli deſpoliamur.* De voce *baceli* alias dixi. *Deſpoliari* qvoqve notum Petronio. Sic enim in editis: *deſpoliatus ergo retro ad diverſorium tendo*. Per *compedes* indignabunda ironia intelligit annulos dictos. Manilius.

*Et pedibus niveis fulſerunt aurea vincla.*

*debet habere*) Superiora requirunt, ut legamus, *debent*.

*Milleſimis Mercurii)* Hæ an alibi milleſimæ occurrant, ego me neſcire fateor. Deliberent hic eruditi

*capſe*

Digitized by Google

*capſellam*) capſulam, ſic dictam, ut apud Plautum *ciſtella*, unde nomen *ciſtellaria* eſt factum. *Capſellas* habes apud Ulpianum l. 12. ff. de Inſtit. vel Inſtrum. leg.

*excattariſſaſti me*) verbum hoc, ut ſuſpicor, formatum eſt à κατaῤῥιζόω, id eſt, radices ago, ut *excatarriſſare* ſit, radices extrahere, hocque velit locus, tu hoc impendio, quod faciendum mihi fuit in iſta crotalia, omnes pecuniarum vires abſumſiſti mihi. Niſi malis derivare à καταῤῥέω, quaſi diceret, omnem ſuccum & humorem irriguum abſtuliſſe.

*fabam vitream*) Sic per indignationem qvaſi vocat *crotalia* prius dicta, id eſt margaritas certas, ſic à ſono, qvem edebant colliſæ, vocatas, ut eſt apud Plinium lib. IX. cap. 35.

*ſauciæ*) vino, an, quod magis credo, his Habinnæ dicteriis tactæ læſæque.

*diligentiam matri familiæ*) Scribendum, *matrisfamiliæ*.

*cohærent*] Petronius in editis: *ne ſic cohærentes malignior fluctus diſtraheret, utrumque zona circumvenienti cinxit.*

*correctos*) Scribe, *correptos*.

*An, an, illa*) Corrige, *Ah, ah!* Habes ſæpe apud Comicos.

*imam rubore faciem*) Tò *imam* pravum eſt.

*ſcrobemque*) Legendum, *ſcobemque*. Lampridius in Heliogab. cap. 31. *Scobe auri porticum ſtravit & argenti, dolens quod non poſſet & electri: idque freqventer, quacunque fecit iter pedibus.*

T Habe-

*habetis menſas, ſi quid)* Poſt, *menſas*, pingendus eſt aſteriſcus. Deſunt enim hic aliqva.

40. *ſedebat)* At eorum fuit proprium, *ſtare*. Sen. III. de Benef. *Servus, qvi cœnati ad pedes ſteterat*. Sed nimirum inter ebrios hic omnia confuſa, ſerviqve liberorum morem induunt, de qvo Ciacconius prolixe.

*acidior)* Petronius in editis: *paratiſſimus puer non minus me acido cantico excepit*.

*ut tunc primùm)* Petronius iterum: *Itaque tunc pri mum Dorida vetus amator contempſi*. Alibi: *tunc primum bona fide pueri baſium dedit*.

*Aliquando dediſſet)* Corrige, *deſiiſſet*, vel *deſiſſet*.

*eum mittendo)* Hæc corrupta ſunt. Quid? ſi: *Sed ego, ad circulatores eum mitte*. Cætera non eluo, & ſeqventia teſtantur, eſſe mutila. *Circulatores* ſunt, qui clamore magno in circulis multitudinis carmina recitant, aut res venditant. Gloſſæ. *circulator*, ὀχλαγωγὸς, ἀγύρτης.

*Deſpemtus)* Puto ſervi eſſe nomen.

*omnis Muſæ mancipium*] Sicut ſupra, *omnis Minervæ homo*, de eo, qui facile artes diſcit quasvis.

*omnium nummorum)* Scribendum eſt *numerorum*, ut jam monui ſuperius, ubi vide.

*namque ſtrabonus eſt)* Lego, *nam quod ſtrabo bonus eſt, non curo*. Strabo eſt, cujus oculi ſunt diſtorti, ut notum.

*ſicut Venus ſpectat)* Habet oculos Veneri ſimiles. Nempe Venus quoque putabatur ſtraba, quam tamen honoris gratia dicere malebant pætam. Ovidius Artis amat. v. 659, ubi agit de vitiis oculorum.

S

Digitized by Google

*Si qua ſtraba eſt, Veneri ſimilis; ſi rava, Minerva.* Sic enim verſum illum erudite corrigit N. Heinſius, qvem & de ſtraba Venere agentem pluribus ibi vide. Varro apud Priſc. lib. VI. *Non hæc res de Venere pata, ſtrabam facit* ἑτερόφθαλμον.

*oculo mortuo*) cœco, nil vidente. Sic, *Lacerti ſenis athleta mortui*, apud Ciceronem in de Senect.

*emit retentis*) *emi trecentis* legendum eſſe liqvet.

*agaga*) Suſpicor ſcribendum, *apaga eſt*, ab ἀπάγειν, pro fur eſt, aufert, abducit ſecum, quod poteſt. Niſi malis *agapa*, ἀγάπη, quia ſequitur ſtatim apud noſtrum, *Scintilla, noli Zelotypa eſſe*. Porro ſic innueretur domino ſuo fuiſſe in deliciis ſubinde.

*adcognoſco*) Philoxenus. *Adcognoſcit*, ἐπιγινώσκει.

*nihil ſibi defraudit*) Hoc vero eſt nullius precii. An ſcribendum, *nihil ſibi detrahi audit?* Audit laudes ſuas ſine fuco plenè integreque celebrari. Sic joco potuit dictum eſſe.

*parentat*) Quid hic eſt *parentat*? Legerem diviſim, *par extat*, hoc eſt, hac re nemo eſt par, illi nempe Capadoci.

*debatuere*) gladiatorium eſt *batuere*, fitqve baculis per imaginarium certamen. Sveton. Calig 32. *Mirmillonem è ludo rudibus ſecum batuentem*. Hinc ergo *debatuere*, ut *depugnare*, *debellare*, ac ſimilia.

*tace lingvam*) Ratio poſtulat, *tace lingva*.

41. *molionum fato egit*) Suſpicor, *mulionem fato egit*. Illud *fato* explico, ſermone, loqvela, clamore, niſi malis, *fatu*. Mulas voce agi notum eſt, & docet eleganter iſtos mulionum clamores vel unicus Claudianus, in Epigr. de mulabus Gallicis,



Digitized by Google

*Abſentis longinqua valent precepta magiſtri.*
*Hæc ſiſtit rapidas, hæc properare facit.*
*Læva jubet: lævo deducunt limite greſſum.*
*Mutavit ſtrepitum, dexteriora petunt.*

*tanto melior*) Terent. Heaut. III, ſc. 2. *Tanto hercle melior.*

*Maſſa*) Servi nomen.

*epidipnis*) ultima pars cænæ. imo poſt cænium; Martialis XI. v. 16. *Hinc ſeras epidipnidas parabit.*

*turdis iligine*) Scribe: *turdis, ſiligine*, ut vult Nob. Heinſius.

*monſtruoſius*) Varro apud Gellium III. cap. 16. dicit, *non recepiſſe hujusmodi quaſi monſtruoſas raritates.* Sic enim ibi habent, teſte Voſſio, libri veteres, & confirmat meus in mẽbrana. Gloſſæ τερατώδης, *monſtruoſus, portentuoſus*. Tertull. de Reſur. c. 9. *de poſteritate monſtruoſum.* Apulejus *mirati monſtruoſas aſini delicias.*

*mirabar, inquam*) Hæc ſic lego: *mirabor, inquam niſi omnia iſta de fricta ſunt*. Plaut. Amphit. I. ſ. 1. *Mira ſunt, niſi invitavit ſeſe in cœna pluſculum.* Petronius ſimiliter, quanquam ſenſu contrario: *non miror, ſi te populus lapidibus proſequitur.* De *fricta*, puta *re*, quam quam mallem *fricto*. Gloſſæ. τηγανιστὸν, *frictum*. Philoxenus: *Fricta*, τηγανητά.

*de bulla*) Quomodo, *de bulla*? Puto fuiſſe, *de bulba* hoc eſt, *de vulva*. Ita ſupra fuit *berbex*, ſeu *bervix*, pro *vervex*. Nempe vulva porcæ in precio apud veteres; & hic omnia de porca in ſequentibus, lardum, perna, &c.

de

Digitized by Google

*de colapio*] Hoc corruptum eſt. Num ſcribendum, *de coliphio*. Coliphium eſt genus panis, cujus meminerunt Plautus & Juvenalis, ſicut quidem vulgo putant. At quid hic panis? Rectius Salmaſius, qui appellat partem animalis aridā maxime ac ſiccam, ut eſt femur, aitqve Græcis non κωλύφια ſolummodo & κωλῆνας, ſed & κωλήπια dici, quod cum noſtro convenit proxime.

*Attulit illi Romam unus*) Corrige, ut volebat N. Heinſius: *attuli illi Roma munus*.

*Norico ferro*] qvod effoditur ex alpibus Noricis, in qvibus venæ ferri optimæ. Plinius XXXIV. cap. 14. *Alicubi vena bonitatem hanc præſtat, ut in Noricis*. Adde Martialem IV. ep. ad Lucium.

*mucronem ad buccam probaremus*] Quomodo apud Svetonium in de Cl. Rhetor. cap. 6. Sextum Clodium jocatum legimus, *Fulviam Antonii uxorem, cui altera bucca inflatior erat, acumen ſtili tentare*.

42. *rixam ad locum*] Suſpicor, ſcribendum eſſe, *rixam ob lorū*, putoqve *lorum* illud intelligi, qvo revinctam qvisqve ad collum forte habebat amphoram. Nam loris ſuſpenſa geſtaſſe iſtæc oneroſiora, & res docet ipſa, & exemplum lecticarum, de quibus videat Electa Lipſii, qvi volet, nos qvoqve aliqvando in de re vehicularia monſtrabimus.

*ſententiam tulit*] ſic videlicet, ut ea ſe contentum redderet. Sic *ferre conſilium* apud Martianum lib. I.

*Conſilium vis ferre meum* ———



Digitized by Google

*è caſtris labentia*) Illud *caſtris* hic ineptum eſt. Puto *teſtis* ſcribendum. Et fuere fictiles amphoræ, ut notum. Niſi malis, *cruſtis*. Interpres vetus Horatii à Cruquio editus: *Cruſtas quando in feminino dicimus, fragmenta ſignificamus.*

*coronis junxiſſent*) Scribe, etiam N. Heinſius ſententia, *vinxiſſent*. Horatius I. Carm. 7.

*Tempora populea fertur vinxiſſe corona.*

*& ſi praſimanus*) corrige: *&, ſi praſinianus es*. Docent ſequentia abunde, ubi de praſinæ factionis victoria. *Praſinianus*, qvi praſinæ favet factioni. quanqvam forte rectius ſit, *praſianus*. Antonius vita ſua. Τὸ μητὲ πρασιανὸς, μητὲ βενετιανὸς. Neronem mirum quantum faviſſe factioni praſinæ, res eſt notiſſima vel ex Svetonio.

*Dic & Menophile*) Suſpicor ſcribendũ, *Menophilo*.

*Diffuſus*] An liberior, effuſior factus, ut ad animum referatur? Sic *diffuſionem animi* dixit Seneca de vita beata cap. 5. Inclino eo potius, ut accipiam pro *confuſus*, quod habet infra in re non abſimili: qva voce *confuſus* Trimalcio.

*unum lactem*) Plaut. Bach. V. ſc. 2. *nec lactem, nec lanam ullam habent.*

*aquam liberam guſtabunt*) liberabuntur ex ſervitute. Ovid. I. Amor. el. 6.

——*Sic unquam longa relevere catena.*
*Nec tibi perpetuo ſerva bibatur aqua.*

43. *pingas*) Hoc ſuſpectum eſt. Fuit nempe lapidarius Habinnas, uti liquet ex ſuperioribus. at lapidarii non pingunt. An legendum, *fingas*? nil defini

*petractis omnes pugnas*) Mallem pro, *petracti*

quo

Digitized by Google

quod eſt nihili, *peractas omnes pugnas*. Quomodo apud Virgilium ſunt *peracta cædes*, apud Ovidium, *peracta bella*.

*in fronte*) Putes rectius, *in frontem*, quia ſequitur, *in agrum*. Sed ſic & Inſcriptio vetus apud Gruterum p. 851. & Horat. I. Sat. 8.

*Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum.*

*poma*) Suſpicatur Nob. Heinſius, *pompa*. Quid? ſi *pomi*. Sane arbores ad ornatum ſepulchrorum adhibuiſſe, docent veteres. Vide Meurſium in Funere c. 41. ubi de buxo & palmite. Auguſti Mauſoleum circa alnos habuit, ut Strabo auctor eſt lib. V. Poſtremo Ulpianus l. æde ſacra. ff de Contr. Empt. nominatim *intra maceriam ſepulchrorum loca plura hortis, vel cæteris culturis ſervata* commemorat.

*falſum eſt*) Non concoqvo! mallem, *ſalſum*. Cicero II. de Orat. *Valde hæc ridentur: & hercle omnia, quæ à prudentibus, quaſi per diſſimulationem non intelligendi, ſubabſurde ſalſeque dicuntur.*

44. *epulum dedi binos denarios*) Conjunctio hic omiſſa videtur.

*amphoras copioſas*) vino refertas. Quomodo Petronius in editis: *Fortunam copioſam cornu abundanti* dixit.

*velit, nolit*) Seneca in Apol. *Velit, nolit, neceſſe eſt illi omnia videre*.

*quare non vivamus*) Petronius in editis.

*Sic erimus cuncti, poſtquam nos auferet Orcus.*
*Ergo vivamus, dum licet eſſe bene.*

*conjeciamus*) Petron. in editis. *in eundem locum me conjeci.*

*vero*] Scio, apud Ciceronem, in de L.L. *& Terent.* *Adelph. III. ſc. 2.* illud *vero* poni etiam ab initio periodi; ſed hic vel repetitio demonſtrat, eſſe legendum, *vere*, *vere*. Reſpondetqve hoc ſuperiori, *non pœnitebit*.

*nihil malo*] Suſpicio eſt, ſcripſiſſe noſtrum, *nihil metuo*, i.e. non metuo, non adverſum mihi eſt. Sic Terentius, *nihil audio ipſum*.

*ſubſeqvi*) puto recte ſe habere, poniqve pro *ſubſeqvi cœpit*, vel *ſubſeqvebatur*, notisſima narrantium figura.

45. *ſervatione accutisſima*) Puto hic, *ſe rationem acutisſima*, ſcribendum eſſe. Sane *ſe* reqvirit ſequens *redemerat*, quod cum altero vocabulo male junctum peperit præſentem lectionem.

*latranti ſparſerat*) cani objecerat. Horatius III. Carm. 15. Deſine.

——*ſtellis nebulam ſpargere candidis.*

de *latrante* diximus ad Phædrum noſtrum,

*evocatus cibo*) invitatus, allectus. Ita Silius lib. VII.

*Evocate liqvidis piſcem penetralibus eſca.*

*cœperat notum eſſe*) Credo qvia in piſcinam ceciderant. Sed non diſſimulabo, videri legendum, *votum eſſe*, propter algorem nempe, ut ſe balneo cal facerent.

*eo loco ipſo*] Mallet Nob. Heinſius, *ipſi*.

*& gingilipho*) Suſpicor, *gingiliſmo* ſcribi oportere Heſych. γιγιλισμὸς, γαργαλισμὸς ἀπὸ χειρῶν, γέλως

*ſibi ludos faciunt*) Verſus vetus apud Varronem citante Nonio in cernuus. *Sibi paſtores ludos faciunt cernui.*

46.

46. *in ſolo, quod Trimalcioni periiapatur*) Videtur corrigendum: *in ſolio, quod Trimalcioni per duos aptatur, deſcendimus.* Illud *in ſolio deſcendimus*, ſimile eſt *in balneo ſequi*, quod initio habuimus. *Per duos* autem cenſeo, qvia poſt *per* in voce *periiaptatur* ſeqvuntur duo i, qvæ puto eſſe numeralia. *Solium aptatur*, ut *convivium aptatur* apud Pomponium Nonio teſte. *Naves aptantur* apud Sveton. Tib. 94.

*aneolosqve piſcatores*] qvid hic faciunt piſcatores? num & illi inter lautitias muliebres? Fateor me hæc non expedire.

*babatoriam facit*) Etiam hoc aliis explicandum relinqvo. Puto tamen, *barbatoriam* ſcribendum. Gloſſæ Philoxeni *Barbatoria*, πωγονουκερία. Intelligo hoc autem, de ſolenni barbæ raſura, cum primum ponitur, & conſecratur Deo, quod veroſimile eſt factum cum pompa & convivio. Imo docet aperte Juvenalis Sat. III. v. 186. Adde ibi interpretes, & qvæ de ritu hoc notavit Hottomannus in de Barba, cap. 6.

*& micarius*) Suſpicor ſcribendum, *& mi carus.* *Mi* pro *mihi.*

*trajecit in dextram manum*] tranſtulit. Cornel. Nep. vita Atti. c. 3. *Ac ne illa peregrinatio detrimentum aliquod afferret rei familiari* [Athenas] *magnam partem fortunarum trajecit.*

*hic buccinus*) Adſcribam, quod habet Barthius lib. XXXIX. Adver. 6. ex Iſidori libro Mſ. Differentiarum: *Mirum, ait, unde habeat, quod buccinum*

T 5 *clan-*

*clangorem dicat.* Subdit deinde verba Iſidori. *Buccina, eſt tuba, qua ſignum datur in hoſtem; buccinus eſt ipſe clangor.* Cogitent hic eruditi. Nam apud noſtrum *buccinus* non eſt canor, verum cantor, ſive is qui canit. Sane cum legatur *buccina*, & *buccinum* uſurpeturqve de re, non videtur repugnare *buccinus* de perſona. Niſi planè putemus, ſcripſiſſe noſtrum *hic buccinio ſignum dedit*, qvod videtur rectius.

*animam abjiciet*) ſeipſum ſpoliabit vita. Ita *vitam expellere* dixit Tacitus XVI. An. c. 19.

*Laceratus*) Sciſſus in partes. Supra: *Caterū ad ſcindendum aprum non ille Carpus acceſſit, qui altilia laceraverat.* Et ſic Petronius in editis: *Proceſſit ſtatim ſciſſor, & ad ſymphoniam ita geſticulatus lacervit obſonium.*

*mathe is*) Supra, *matteis.*

*Hinc*) Scribo, *Hic primum.*

47. *ex quo jus firmum*) *ex aqvo jus firmum* legit Heinſius, i. e. ut probaret, id demum firmum eſſe jus, qvod ſit æqvum.

*pradicare*) compellare, vocare, dicere. Plaut. Pſeud. I. ſc. 2. *Ut civitas nomen mihi commutet, meqve ut pradicet leone ex Ballione, regem Jovem.*

*canis*) i. e. impudens. Teren. Eunu. IV. ſc. 7. *Ain vero, canis? ſiccine agis?*

*confuſus, offenſus*) Hoc *offenſus* gloſſam puto eſſe τοῦ *confuſus.*

*in faciem Fortunata immiſit*) conjecit. Petronius in de Reip. ſtatu turbato.

*In medias immittite lampadas urbes.*

*urceolum frigidum*) Suſpicabar primo, *urceolo frigidam*

pidam. Nunc nil muto. Admovet frigidum urceolum ad malam, ut tumorem deprimat, qvem immiſſus faciebat calix. Nos hoc ſine cultrum frigidum imponere ſolemus.

*non me miſit)* Scribo pro his valde corruptis: *Quid enim, inquit Ambubaja, non me miſit, ſi de mactra illam ſuſtuli; hominem inter homines feci.* Dicit ſuſtuliſſe illam *de mactra*, qvod paupercula fuiſſet ante, ipſeqve eam feciſſet divitem. Nam mulieres plebeiæ ipſæ conficiebant panem. Plin. lib. XVIII. cap. 10. *Ipſi panem faciebant Quirites, mulierumque id opus erat, ſicut etiam nunc in plurimis gentibus.* Imo erant inter ſervitia, *mulieres, quæ pacem coqvunt*, uti novimus ex Ulpiano l. 12. ff. de Inſtitut. vel inſtrum. leg. Qualis erat forte hæc ipſa Fortunata. *Miſit*, eſt, *omiſit, miſſum fecit*, ut ſæpe. *Si* eleganter, pro *ſiqvidem*. Virgilius l. Geor.

*Liber & alma Ceres, veſtro ſi munere tellus*
*Chaoniam pingvi glandem mutavit ariſta.*

Servius ibi: *Si ſiqvidem.* Adde cætera.

*in ſinum ſuum conſpuit)* maledicendo marito. Dicitur de eo, qui ſe ipſum lædit in aliis, qui ſibi ipſi nocet.

*codex)* ſtipes, ſtulta. Terent. Heaut. *Quæ ſunt dicta in ſtultum, caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus.*

*ſomniatur)* Deponenter, pro *ſomniat*. Sed hoc nuſpiam eſt obſervatum. Quare ſuſpicor, poſtremam Syllabam male adglutinatam eſſe, & fortaſſe fuiſſe: *ſomniat. Ac ita*.

*Caſſandra caligaria)* Caſſandra ob proterviã notata apud veteres, & eſt Triphiodorus, poeta, cui propterea

pterea κυνομυῖα dicitur in Excidio Trojano, ut alicubi notavit Junius. Itaque ſic vocat Fortunatam per convitium Trimalcio. *Caligariam* autem dicit loco *militaris*, quaſi quæ ornata ſit caligis, propric militum calciamento. *Caligarius* alias eſt apud Plinium lib. XXXIV. cap. 14.

*dipondiarius*) à *dipondio*, id eſt, asſibus duobus, quod in veteribus Petronianis legitur. Sic *ſeſtertiarius*, ſic *centenarius* in ſuperioribus.

*ungventaria*) Ungventariam memorat Plinius VIII. cap. 5.

*here*) heri. Ita Plautus locis pluribus, Juvenalis alii.

*proxime ſeduxit*) abduxit ſeorſum in proximum Petroniana edita. *ſeduxit me paululum à turba.* Se ignoro, annon rectius ſit, *proximo.*

*dum bonatus ago*) Hoc deſperate corruptum eſt.

*nolo videri lenis*) Haud dubie corrigendum: *& volo videri lenis.*

*me ungvibus qværas*) omiſſa eſt conjunctio *ut*, ſic ut ſolet ſæpe in talibus, *ungvibus* porro *quærit*, qv ungvibus ſtudet eruere ac effodere ſepultum terra.

*mortuus quidem*) etiam poſt mortem.

*malum dare*] Ita Plautus, Terentius, alii.

*mortuum baſiet*) Qvod alias faciebant conjuges cognati proximi, amici in ſignum priſtini amori Confer. Kirchman. I. Funer. c. 5.

48. *nemo noſtrum non peccat*) Hæc ſententia pr dem ponitur in editis.

*ut effrangeretur*) mitigaretur, & pateretur ſe p

Digitized by Google

tot preces ſuperari. Ovidius ſimplici ſic uſus eſt VIII. Met. v. 508.

*Nunc animum pietas, maternaq; nomina frangunt.*

Pariter Lucanus I. v. 364.

*——— pietas patriique penates.*
*Quanquã cæde feras mentes animasq; tumentes*
*Frangunt ———*

*ab oculo*) à primo aſpectu.

*thretium ſibi de diariis fecit*) Lego, *pretium ſibi de diariis fecit*. Litera initialis in voce *thretium* male ex fine præcedentis vocabuli adglutinata eſt. ſeqvens vero eſt inverſa illa, qvam ſubſtituimus. *Pretium facere de diariis*, pro *pretium diariorum facere*, qvod dicitur, ut *pretium facere laboris*, *operæ* ac ſimilium. Ovid. I. Amor. 10.

*Et pretium, quanti gaudeat, ipſa facit.*

*Diaria*, ſunt unius diei alimenta tenuia ſervorum, ut Petronius uſurpavit in pridem editis. Horum fiunt pretia, cum venduntur. Qvod ſolebant ſervi frugi, genium defraudando ſuum. Vide Terent. Phorm. I. ſc. 1.

*artiſſelium*) Prodigioſa vox, de qua quid faciam, ignoro. Suſpicabar, *arciſolium*, intelligebamqve inſtrumentum, ſolis radiis arcendis, qvod eſt alias *umbraculum*. Nunc relinqvo aliis cogitandum.

*fulcipedia*] Etiam, quid hoc ſit, non diſpicio. Pars poſterior convenit cum Græco παιδεία. Num ſcribendum, *dulcis pedia*.

*bonum tuum concoquas*) felicitate tua utaris, eaqve vivas contenta; illam patiaris. Ita Cicero τῷ *concoquere* utitur.

*clava*

Digitized by Google

*clavo tabulari*) magno, firmo, qvo in conjungen-dis tabulis ligneis utimur. *Tabulare* namque, quod ad ligneas ſpectat tabulas, habesqve hoc vocabu-lum apud Plinium lib. XXXIV. cap. 9. Videtur i animo habuiſſe, quod legitur in Cicerone Ver. 5. *L hoc beneficiũ, quemadmodũ dicitur, trabali clavo fige-ret*. Quanquam cum hic ſit *trabalis clavus*, non *tabu-laris*, cogitandum fuerit, an ſe recte habeant noſtra. Nam & Horatius I. Carm. de Fortuna.

*Te ſemper anteit ſæva Neceſſitas*
*Clavos trabales, & cuneos manu*
*Geſtans aëna* ———

*vivorum meminerimus*) Cicero de fin. V. *Vete proverbii admonitu, vivorum memini.*

*coricillum*) Hoc non aſſequor: mallem, *corculu* Plinius VII. cap. 31. *Cato corculos apud Romanos n minatos refert, qui ſapientia præpollebant.* Niſi v *corcillum*, ut ſit, *cor, corculum, corcillum*, ſicut *os, oſ lum, oſcillum*.

*quisquilia*) Gloſſæ Philoxeni. *Quisquilia*, σ βαλα.

*bene emo*) perite, docte. Sic, *aſſimulare bene*, ap Terent. in Andria.

*ſtertem*) Convitium eſt, ex tempore per iram f matum, ut ſolet in talibus, & apud Plautũ frequ eſt, à *ſtertendo*, quaſi quæ ignava ſit, & ſomnolent

*candelabrus*) Cæcilius apud Nonium. *Memini candelabrum ligneum ardentem.*

*ad ſumma*) Lege: *Ad ſummã*, & à præcedentil ſepara per punctum. Non eſt alia frequentior

m

Digitized by Google

mula in Petronio, etiam olim divulgato. Cæterum hoc vitium paulo poſt recurrit.

*ad illum me uri*) Corrige: *ad illum metiri*, candelabrum ſcilicet, ac ſic explorare incrementa meæ ſtaturæ.

*roſtrum*) os. Plautus Menæch. I. ſc. 1. *Apud menſam plenam homini roſtrum deliges.* Varro Peripl. II. *Itaqve videas barbato roſtro illum commentari.* Similiter Lucilius Sat. IX. Vide Nonium in *Roſtrum*.

49. *ipſimi*) pro *ipſi mihi*, hoc eſt, in utilitates meas, ad mea commoda. Sic exponit illud *mihi* Scholiaſtes vetus Barthio laudatus ad III. Theb. Statii, ubi ſic Poëta, v. 14.

—— *mperent mihi funditus Argos.*

*Mihi*, ait, *meo commodo.*

*& accepit patrimonium laticlavium*] Poſſis ad præcedens, *cerebellum* referre. Mihi tamen rectius videtur, *accepi.* Patrimonium *laticlavium* eſt, ſenatorium, quod ante Senatorii fuit. Cæterum qui fuerint hi Senatorii, alias & Laticlavii vocati, docet prolixe Caſaubonus ad Svetonii Auguſtum cap. 38, cui ſimul addi poteſt Neronis cap. 26. Puto autem hoc velle, factum officioſitate ſua, ut poſt mortem domini, ſubſtitueretur ipſe à Domina, fieret maritus ejus, & mox hæres una cum Cæſare bonorum anteceſſoris ſui ſimul atque domini, qui fuerit laticlavius.

*& tunc erat contra aurum*) hoc eſt, vænibat contra aurum erat tam carū, ut compararetur æqvale. Suſpicor tamen ſcripſiſſe noſtrum, *erat contra auro*, ultimaq; literam ex ſeqventia voce male ad hanc eſſe transla-

tranſlatam. Plautus Epidico. III. ſc. 3. *Non caruſt auro contra.* Sic idem in Curcul. *Auro contra cedò modeſtum amatorem.* In milite: *Cedo treis mihi homines oricbalco contra cum iſtis moribus.* In Pſeudolo: *oricbalco contra non carum fuit meum mendacium.*

*naufragarunt*) naufragium fecerunt. Sic Sidonius IV. ep. 21. *minus naufragat.*

*me defeciſſe*) vires omnes amiſiſſe, factum eſſe pauperem, poſt tot nummorum jacturam. Sic Petronius in vulgatis de lumine: *Defecerat poſitum in monumento lumen.*

*guſti fuit*) puto, *guſtui fuit*. h. e. non guſtavi.

*tanquam nihil facti*) An ſcribendum, *tanqvam nil factum*, puta, *mihi ſit*, tanquam nihil mihi acciderit, nullus caſus me afflixerit?

*magnam fortitudinem habet*) Ludit ambiguitate. nam *fortitudinem habet*, eſt idem, ac, *fortis eſt*. Ut habet dignitatem, favorem, honorem, & ſimilia; juxta vero ſignificat & adjunctam habet fortitudinem, ſicut oporteat eum eſſe forti animo ac magno, qui ædificare cupit magnam navem.

*ſeplaſium*) Hoc non aſſequor. Video quidem Voſſium in Gloſſario ſeu Lexico Originum ſic ſcribere: *Eſt ſeplaſiarii vox à ſeplaſia, vel ſeplaſium; quomodo vocari ſolent aromata, & ſimplicia medicamenta, ac ungventorum deliciæ. Ita uſi Varro, Plinius, & Auſonius.* Sed haud perſvadet: omnes enim hi de loco, ubi talia venduntur, non de rebus ipſis mercibusve agunt. Varro: Ἀνθρωπόπολι: *Doti dato inſulam Chium, agrum Cæcubum, Seplaſia Capua.* & in Synepheb. *Hic narium Seplaſia.* Plinius XXXIV. cap. 11.

Cre-

*Credunt Seplaſia, omnia fraudibus corrumpenti.* item, *fraus Seplaſiæ ſic quaritur eis,* & lib. XVI. cap. 10. *& inde fraus Seplaſiæ.* Auſonius.

*Ære Seplaſia decipiare cave.*

Sed & cæteri, qui voce hac utuntur, nullum alium ejus norunt ſenſum. Unde adducor, ut exiſtimem, apud noſtrum eſſe compendium ſcripturæ, legiqve debere, *ſeplaſiariam*, ut ſubintelligi posſit *rem.* Eſt enim *ſeplaſiaria res,* ut *ſeplaſiarius homo,* ſignificatqve illud omne, qvod primis temporibus in Seplaſia, Capuæ foro vendi ſolebat, ut ſunt pigmenta, thura, pharmaca, aromata, & id genus varia, qvæ una voce ſpecierum hodieqve appellantur.

*Hoc loco* ] Senec. ep. 16. *Hoc loco dicet aliquis, liquet immundisſimos fuiſſe.* Sic alii ſæpe.

*in manu poſuit* ) dedit. Convenit Plautinum illud in Aſin. I. ſc. 1. *Tene ego defraudem, quoi ipſi nihil eſt in manu.* item ſc. 3. *Si mihi dantur duo talenta argenti numerata in manum.* Terentius quoque in Phorm. IV. ſc. 3. *ebo dic, quid vis dari tibi in manum.*

*cito fio*) Corrige, *cito fit.*

*Corrotundavi*) conglomeravi, conglobavi. Horatius ſic uſus ſimplici lib. I. ep. 6.

*Mille talenta rotundentur, totidem altera porro.*

Scholiaſtes Cruqvii, *rotundentur, i. e. compleantur, omne enim, quod rotundnm eſt, ab omni parte perfectum eſt.* Ipſe Cruqvius: *rotundari, ut mihi videtur, eſt redire in circulum, ut ſi dicamus mille talenta millies, aut ſi mavis, rotundari eſt, in ſe redire, ut unitas in ſe redit ad numerum denarium.* Puto, nihil horum velle Horatium. Potius, quia ſpeciem rotundam ha-

U bet

bet acervus omnis, ideo, quicquid in acervum congeritur, *rotundari* dicitur, & *corrotundari*, non ſecus atqve *conglobari*, qvod à globo, pariter rotundo, proficiſcitur. Adde quæ ſuperius dixi ad p. 11.

*& cæpi*] Puto plane, ſcribendum, *& coëgi.*

*negocium meum agere, exoravit*) Diſtinctio eſt ſupervacua. Hoc ait, obtinuiſſe precibus Mathematicum, etiam ab invito, ut in rem alterius multa diceret. Sed ſic ſcribendum erit: *nolentem me* exoravit, non *nolente.*

*conciliator deorum*) Non placet. Lego, *conſiliator deorum*, & accipio de eo, qui conſilia deorum exqvirit, hoc eſt, qvi ex aſtris & ſimilibus colligit divinam voluntatem. Nam & hoc veteribus *conſiliare*. Hinc *conſiliantes divi*, Apud Horatium, qvorum alter alterius expetit conſilium. Cicero ſic uſurpavit *conſiliarii* vocem lib. III. de Leg. c. 19. ubi de Augure. *Eſt autem boni auguris meminiſſe, Jovi optimo maximo ſe conſiliarium atque adminiſtrum datum*. Habes alias *conſiliatoris* vocem apud Phædrum noſtrum, atqve alios.

*abacia, & acumi omnia expoſcit*) Scribo: *Ab acia & acu mi omnia expoſuit*. *Acia*, eſt filum in acu. Titinnius apud Non. *Reliqui acus aciasque hero atq; heræ noſtra*. Gloſſæ veteres: ῥάμμα, *acia*. Eodem modo & Philoxenus: *Mi*, eſt *mihi*. Supra: *non me hercules mi hæc jactura guſti fuit.*

*inteſtina mea*) intima, ſecretisſima cordis meæ cogitata.

*mecum habitaſſe*] Perſ. Sat. IV. *Tecum habita.*

*tu dominam*) Sunt hæc verba Græculi illius, me moran

Digitized by Google

morantis, qvæ Trimalcio feciſſet olim ſecreto. ut hic: effeciſti ob res illas, ut domina, uxor tua evaderet. Hic enim verborum ſenſus; & confer præcedentia.

50. *felix in amicos es)* Lego: *felix in amicis es*, i. e. inis amicitias infeliciter, cum eis ſcilicet, qvi adverſus te non ita ſeſe gerunt, ut amicos decet.

*viperam ſub ala nutricas)* Credo, alludere ad id, quod eſt de Nerone apud Svetonium cap. 8. *Fabula exorta eſt, deprehenſis in lecto ejus circum cervicalia ſerpentis exuviis, quas tamen aureæ armillæ ex voluntate matris incluſas dextro brachio geſtavit aliqvamdiu.* De ſerpentibus, quas in deliciis habuere, docet alioquin Seneca II. de Ira. c. 31. Martialis lib. VII. epig. de Se.

*templum)* abuſive, propter magnificentiam & ſplendorem, qvalis eſſe templorum ſolebat.

*ſuſum)* In ſuperiori parte ædium. Varro I. de R. R. c. 6. *Qui colunt deoſum, magis æſtate laborant, qvi ſuſum, magis hyeme.* Sic in decreto veteri de finibus inter Genuates & Veiturios apud Gruter. p. 204. in Pandectis Florentinis ſæpe, qvod jam docti viri annotarunt.

*cellationem)* Valde mihi hoc ſuſpectum eſt vocabulum. Qvod enim? cellæne in ſuperiori ædium parte?

*viperæ hujus ſeſſorium)* viperam appellat Fortunatam per indignationem & iram, qvia exſibilare ipſum ſolebat. Germanus ad Varum apud Florum lib. IV. cap. 12. reciſa prius lingva ejus: *tandem vipera ſibilare deſiſte.*



Digitized by Google

*ſeſſorium)* ſedes, habitatio, conclave. Sed hæc vox alibi non lecta eſt, & dubito de integritate ejus.

*hoſpitium hoſpites capit)* Scribe, *hoſpitiū M. hoſpites capit*. Littera numeralis ob ſimilitudinem præcedentis perperam omiſſa eſt. *Hoſpitium* locus eſt in ædibus peculiaris, excipiendis hoſpitibus deſtinatus. Hoc ſenſu Florus Oſtiam appellavit *hoſpitium urbis*, qvo totius *mundi opes reciperentur*.

*habes, haberis)* abſolute. Reſpexiſſe videtur, qvod habet Lucilius I. Sat. teſte Schol. vet. ad Juven. III. iſto verſu:

*Quantum habes, tanti ipſe ſies, tantiq; habearis.*

*vitalia)* Supra, *bene elatus eſt, vitali lecto*; ubi vide. *Vitalia* ſic uſurpaſſe cenſeo & Senecam ep. 99. *Qvam multis cum maxime funus locatur? quam multi vitalia emunt*. Sic diſertim habet meus membranaceus optimæ notæ, non *multis* & *emuntur*, unde poſtea in editis fecerunt *eruuntur*, ac expoſuerunt vel de exenteratis cadaveribus, vel de viſcerum tractatione in viventibus, ut fit in ruptis. Verum prius repugnare conſvetudini Romanæ recte Lipſius obſervat. Poſterius haud convenit cum cæteris ejus loci, qui de morte agit, non de morbis. Igitur non aliter accipio *vitalia*, qvam quæ adornando funeri ſunt neceſſaria. Quæ ſic dicta fuerint ominis melioris gratia, pro *mortualibus*. Quomodo & *vitā* aliqvando uſurpaſſe pro *morte* docet Caſaubonus ad Spartiani Hadrianum. & ſunt ipſa Macrini verba apud Lampridium: *mihi non multum ſupereſſe videtur ad vitam*, quod is ipſe recte explicat, *ad mortem*. Ut ſic *emere vitalia*, ſit, comparare ea, quæ ad mortem funusqve requirun-

Digitized by Google

runtur. Ut ſunt veſtes funebres, ſtragula, & hujuſmodi.

*in vinarium*) puta, vas, qvomodo eſt integre apud Ciceronem. Gloſſæ Cyrilli. *οἰνοφορεῖον, vinarium.*

51. *torum extremum*) lectum funebrem intelligit, quem jam tum paratum habuit Trimalcio, ut liqvet ex ſuperioribus.

*dicite aliqvid belli*) velut defuncti laudem. Solebant enim clamorem dare circumſtantes, brevibusque dictis virtutes defuncti celebrare, pium, bonum, benignum, & id genus nuncupare.

*cornicines funebri ſtrepitu*) Ergo & hos habebant in funeribus, non ſolos tubicines, quod miror omiſiſſe viros doctos, qvi de funeribus egerunt. Seneca in Apocoloc. *Erat omnium formoſiſſimum Claudii funus, ut ſcires Deum efferri, tibicinum cornicinumque, omnisqve generis ſonatorum tanta turba, ut etiam Claudius audire poſſet.*

*ſervus libertinarii*) Corrige, *ſervos libitinarii.* Ulpianus l. 5. ff. de Inſt. act. *Si libitinarius ſervum pollinctorem habuerit, isqve mortuum ſpoliaverit*, &c. Liqvet, libitinarios habuiſſe ſervos ſuos, eosqve ad varia miniſteria funeris ornandi.

*tam valde*] Cicero in ep. ad Attic. *Quid opus eſt de Dionyſio tam valde affirmare.* in de fin. V. *tam valde perhorreſcere.*

*tam plane*] Terent. Heaut. V. ſ. 1. *Te miror, qvi alia tam plane ſcias.*



Digitized by Google

# SCHOLIA SUPERNUMERARIA à REINESIO.

## ad pag. 15.

IN *Curia autem quomodo ſingulos vel pilabat, tracta-bat)* Deſcribit mores Sabinii, unius è primatibus Coloniæ, nim. Ædilis; & hinc ita legenda ſunt & diſtingvenda iſta: *In Curia autem qvomodo?* ſcil. ſe gerebat? *Singulos velut pilas tractabat*; i. e. verſabat, vexabat, agebat, ferebat, quoquo vellet, jactabat inſtar pilarum, tanquam ſibi obnoxios, ὑποχειρίους & in manu poteſtateve ſua poſitos. Tractum id proverbii è prologo Captivorum Plautinæ v. 22.

*Enimverò DI nos quaſi pilas homines habent.*

Id eſt, ludunt in humanis, & de hominibus.

35. *ſolebas canturire, belle deverbia adjicere, melicam, heu, heu! ab iſtis dulcis carica)* Legam, *melitari: heu, heu! abîſtis dulces carycæ! Melitari* factum è Græco μελετᾶν: μελέται vero ſunt exercitationes rhetorum, declamationes; Inde *melitari* idem quod perorare, declamare, recitare. *Diomedes* l. 1. è *Plinio* (eundem landat *Chariſius in primo*: ejus librum tertium Artis Gramm. *Gregor. Turon. præf. l. 1. Vit. Patr.* & *Salamon Ep. Conſtantienſis* in *Lexico* paſſim) docet *meditantem eſſe ſecum cogitantem*; *melitantem voce dicentem*. In reliquis deplorat ſe jucundis ejus narrationibus nunc carere: q. d. ἔῤῥετε, ὀλώλατε ἀστεϊσμοὶ συμποτικοὶ καὶ διηγήματα παιγνιώδη γελοῖα; periiſtis, quæ nos exhilarare ſolebatis. Vocat autem id genus per metaphoram *carycas*, i. e. ſcitamenta conditanea. Propriè Καρύκη, καρυκεία, καρύκευμα.

*Hip-*

Digitized by Google

*Hippocrati* & *Galeno* eſt edulium, intritum, ſeu miſcella è variis condimentis delicatis adparata, ἐκ πλειόνων ἀρτυμάτων συντεθέμενον ὑποτρίμματος. *Erot*. Lydorum inventum eſſe è Timonis Silλος. *Erot*. Lydorum inventum eſſe è Timonis Silis refert *Athen. l. 4. & 12.* & à ſcriptoribus τῶν ὀψαρτυτικῶν celebrari: nominat *Lucianus in Conv.* χυμοὺς καὶ πέμματα καὶ καρυκείας: *Max. Tyrius diſſ. 11.* ἡδύσματα, τροφὴν ποικίλην, καρυκείαν: *Baſilius Cæſarienſis* apud *Theodor. 4. hiſt. Eccl. 19.* Præpoſitum culinæ: Σόν ἐστι τῆς τῶν ζωμῶν καρυκίας φροντίζειν. *tuum eſt juſcularum conditura curare*: & *Nilus Conſtantinop.* menſam ἄκαπνον, ſimplicem, ἀδαπάνητον, ſolis oleribus radiculis & horariis fructibus conſtantem dixit ἀκαρύκευτον καὶ ἄτεχνον. Poteram etiam de *Cariis*, quæ ſunt ſiccatæ ficus, ἰσχάδες, dulci ſapore commendabiles maximè, & inter mitiores cibos primæ omnium receptæ à mortalibus, exponere: ſed quod dixi videtur elegantius & Petronio φιλελληνικωτάτῳ dignius.

49. *uno curſu centies ſeſtertiũ corrotũdavi*) *Corrotundare* h. l. eſt corradere, coacervare, adquirere, reſpectu habito ad formam nomiſmatis rotundã. Propriè loqvitur *Seneca* cum *7. naturl. 26. corpus Cometarum corrotundari, ſplendorem autem longum adparere* dicit: id Græci efferrent, συστρογγύλεται vel συστρογγυλοῦται & συσφαιροῦται. Activo συστρογγύλειν utitur *Alexis in Phædro* apud *Athen. l. 4.* de eo qui patrimonium diſſiparat & in ventrem condiderat; σφαῖραν ἐποίησε τὴν πατρῴαν οὐσίαν· οὕτω συνεστρόγγυλεν ἰταμῶς καὶ ταχύ: i.e. in rotundam ſ. pilæ formam redegit ſubſtantiam paternam; adeò impudenter & celeri-

leriter corrotundatam deglutiit; & *Nicomachus apud eundem l. 2.* abliguritorem rei paternæ hæc de ſe loqventem introducit:

> *Οὐσίδιον γὰρ καταλελειπότος μοι πατρὸς*
> *οὕτω συνεστρογγύλικα κἀξεκόκκισα*
> *ἐν μησὶν ὀλίγοις, ὥσπερ ᾠόν τις ῥοφῶν.*

i. e. rem quam pater mihi reliqverat ſic corrotundavi & egranavi paucis menſibus, ac ſi qvis ovum exorberet, in quo nimirum à ſorbitione nihil remanet. Τὸ ἐξεκώκυσα quod legit *Scal. ad Varr.* nec ſatis explicat, non intelligo; ἐκκοκκίζειν verò quod eſt *egranare, exacinare, grana eximere* rem planam reddit; quæ enim granis, ceu medulla & fartura ſpoliantur ea relinqvuntur inania. Et hoc inſinuat gloſſa apud *Varinum*: ἐκκοκκίσας, ἐρημώσας. Κόκκος granum, ſemen, inprimis globoſum: κοκκία, globuli, pilulæ, corpora minuta. Inde κόκκυ, τὸ ἐλάχιστον; *Heſychius* interpretatur; *Varinus*, τὸ ὀλίγον. Et ab eo formarunt Latini *ciccum* quo utuntur pro re levi, & nihili, qualis floccus, κερκὺς, fili retrimentum, pluma, achne, hitta, πασπάλη, & quodvis λεπτὸν ξύσμα.

INDEX

Digitized by Google

# INDEX.


A.

A Græculis apes vernaculæ fiunt meliusculæ. 9. Jove mel. 27. primitis. 30. Tarento emit arietes. 9.

Ab acia & acu mi dixit. 49. aſſe crevit 14. Athenis juſſit afferri. 9. hoc epigrammate cæpit eſſe mẽtio. 26. ferculo ſurrexit ad laſanum. 13. oculo legit librum. 48.

Abiit ad plures. 13. vinum in cerebrum. 13. ab iſtis dulces caricæ. 35

Aberrat ſuſpicio. 25. tunica ſupra genua. 39

Abigeret famen à labris. 19

Abjiciet animam. 46

Abocellus. 90

Abſtinax. 13

ἀβυρτάκη. 65

Accedere circulis ludentum 1. accedit humor 31. ad aurem. 24

Accipere hereditatem. 14. acceptus quomodo eſſet, qvæſivit. 37

Acitabula. 47

Acriculus. 59

Acroama novum. 51

Actio putidiſſima. 45

Acupedius. 115

Actuarius. 27

Ad æs, pondus nummum. 29. arcum veterẽ. 15. aurem acceſſit. 24. beſtias dare quem. 17. dictata pugnare. ibid. lachrymas uſqve. 27. laſanum ſurrexit, 13. latus ſervulũ habebis 18. numerum hoc diviſere. 12. officium redimus. 35. veniunt 46. ſalivam facit. 20. ſonum converſus Trimalcio 13. ſummam 9. 18. 43 villã 33. venias 18. ultimum recitavit totum teſtamentum. 45

Adcognoſco. 40

Adeo ſaplutus eſt. 8

Adhuc nõ cœnaſtis? 46

Addicere, 67

Adjecit 11. adjecta exceptione. 36.

Adjectiva δίκλιτα in IS & VS, 88
Adjutaſſes nobis 33.91
Admiſſus Cæſarem. 23
Admonet me domina 38. admonitus calce, ut cubaret. 36. hoc officio, juſſit. 35
Adverſarius. 29
Adverſus Norbanum ſe extendit. 19
Adurebat terram. 15
Æcrophragiæ. 27
Ædificas monumentũ meum? 43. ædificavi naves. 49
Ædilis trium caunearum. 16. ædilium edicta 24. ædilibus male eveniat. 15
Æneoli. 46
Æneoli priapiſci, 109. 110
Ænum. 46
Æque, ac ſi 14. æqve, tanquam. 50
Æra miſcellanea. 22
Ærarius 22. asſis. 26
Ærumnæ Herculi. 21
Æſtuarium. 109
Æthiopes capillati. 6
Affabilitate delectatus. 32
Afferri ab Athenis juſſit apes 9. mihi nihil novi poteſt 10. ſibi vaſa Corintho diceret 22. allata eſt epidipnis 41. allatus eſt vitulus. 51
Agaga. 40. 100
Agamemnon. 31
Agellis conjungere Siciliam. 20
Agere dilectum 15. fata molionum 41. agite de medio. 30
Aginare, 90
Ἄγειν, ἀγίνειν, ἀγινέσκειν. 90
Ajax. 31
Alabaſtra ungventi. 31
Alexandrini pueri. 4
Alicaria caſauras. 11
Alicula polymita. 12
Aliquis obliviſceretur? 21. ovillam eſt. 27. aliqua die. 18
Alligata in mappa 30. alligatus faſciis cruralibus. 12
Aloetica potio. 77
Alopeciæ cura, *65

Ama-

Digitized by Google

Amaſiuncula. 13
Ambubaja. 47
Ambulamus utres. 13. ambulare porcos coctos diceres. 16
Amicarius. 127
Amicare, 127. 128
Ammea. 40
Amor antiqvus. 14
Amor antiqvus carcer. 64
Amphoræ copioſæ, gypſatæ. 44
Ampulla nardi. 50
Anathymiaſis. 19. 70. 71
Anguſtiæ. 35
Animum magnum habet. 10
Annona perſeverat. 16. pro luto erat. 15. annonā mordet. 15
Annulum in dextram trajecit. 46. annuli buxei 30. annulos de pavimento tollere manibus reſtrictis. 46
Ἀνόμματος. 90
Anſer avibus fartus, 73
Apelletes. 35
Apes mel vomunt. 27
Apoculo me. 38. apoculamus nos. 33
Apoculanius. 90
Apophoreta. 12. 27. 31
Aporiatus. 112
Aporiare. 113
Aper pileatus. 12. apri gauſapati. 10
Appetere cœpit Latinas. 18
Applicat ſe toro. 38
Approbat jus ex æqvo 47. pondus. 39
Apulia. 50
Aqva dentes habet, 13, aqvam exorabant Jovem 16. liberam guſtabunt. 42 non conjecit in os. 13
Aqua vorax, 62
Aratus. 11
Arciſellium. 48. 113. 114
Arcus vetus. 15
Arietilli. 59
Arundines aucupū. 12
Agentum ſceleratū. 27
Argoto 18
Arguta. 28
Armillæ craſſiſſimæ. 38
Artificium ingratum. 25. nunquam moritur. 19. artificia ſervi. 40



Digitized by Google

Artiſſelium. 48
Aſcendere ſupra dorſum alterius. 36
Aſellus Corinthius. 52
Aſinus in tegulis. 34
Aſiaticum nec ſudare, nec expuere. 64
Aſsis ærarius. 28. aſſem habeas, aſſem valeas. 50
Atellania 25. attellanici verſus. 40
Athla vera. 27
Athletæ. 19
Attoniti admiratione. 34
Attæ. 68
Atrienſis. 24
Auctio rerum ſupervacuarum. 10. auctionem facere, proſcribere. ibid.
Aucupes cum arundinibus. 12
Ave Gai. 46
Auferre hoc non poſſit, niſi Orcus. 18. aufert mihi quid, qvi ridet? 32
Auguſtus pater patriæ 32
Auricularii ſervi. 64
Aut hoc aut illud erit. 17
Autem pro enim 20. In anguſtiis autem apparent amici. 33
Automaton 21, exit per parietem. 25

B.

BAbatoriam facit. 46
Babaculi, 57
Babæculi, 57
Βάβης, Βάβαξ. 57
Babæ. 9
Bacaluſiæ. 60. 61
Bacelogiæ. 12
Baciballum pulcherrimum. 32. 89
Balaniſcus. 61. 62
Baliſcus, 13. 61. 62
Balneus me calfecit. 13. balneum anguſtum. 45
Barba aurea, 29
Barbarie errans. 40
Barcalæ. 39
Baro. 34. in ſulſiſsimus 24. longus. 35
Baſilia in Colonia, 28
Battariſare. 98
Beatior. 28
Beatitudo animi. 5
Bella res. 30. belle aliquid dicite. 5



Digitized by Google

Belle correxit 23. erit. 18
Bellum pomum. 18. 78
Bene emo, vendo. 48. fuit, 37. moriar. 30. 32. nos habemus, aut. 29
Beneficio deorum nō emo. 20. eorum panem manducamus. 27. tuo cō-tingit mihi vivere. 43
Benignus reſalutare. 15
Berbeculæ, Berbeculi. 57. 58
Berbex. 27. 57
Beſtiæ divinæ. 27. laborioſiſſimæ. 27
Beſtiarii. 17
Bicellium. 114
Bifurcum. 33. 91
Biſaccium, 53
Bis prande, bis cæna. 28
Biſelliarius. 114
Βλαισοὶ, falcipedes. 115
Boletorũ ſemen ex India. 9
Bonatus. 47
Bonus Chryſantus. 13. 62. Strabo. 40
Bonum tuum concoquas. 48. bona omnia in ſe habet. 11
Βουκολήσεις, 60. 61
Βουκολεῖν, 60. 61
Bovis, 34
Bromius. 13.
Bucca, bucca, 36. buccæ duræ fuit. 14
Buccinatorem ſubornatum habet. 1
Buccinus ſignum dedit. 46
Buccum panis. 15
Burdubaſta. 17
Burici, Βούριχοι. 67
Buſtuarii. 69

C.

Cacabus. 46
Cacatum curret populus in monumentũ. 43
Cacritus. 34
Cæde te ipſum. 23. cædit aſinum, ſtratum. 17. cæſus flagellis. 34
Cænis, Καινὶς, 80
Calatiſco circumtulit uvas. 13
Calcem impegit Græcis, 18. calce admonuit. 38
Caldam popoſcit. 37. caldus ſum natura. 29
Caldarium. 109



Digitized by Google

Caldicer: caldicor. 17. 66.
Calfecit me balneus 13
Calices fictiles inaurati. 46
Camara, Camera, 107
Camella grandis. 36
Candelabrus. 48. candelabrum everſum 36
Canere in balneo fatuorum. 108
Canis. 47. catenarius. 44: contubernalis. 28. pictus. 45. canem non reliquit. 15. canes Laconici. 12
Caninam lingvam comedi. 14
Canturire. 35
Capidem habeo. 23
Capillorũ defluvii cura. 63
Capiſtris culti ſues. 19
Capo. 30
Cappadox. 34. 40.
Capſella aureola. 39
Caput durum. 10. tollit de tabula. 18. capite aperto ambula. 25
Carcer eſt antiqvus amor. 14
Carnarium. 17
Caro mollis. 21
Carrio. 42. 43
Caryotæ. 12. 60
Caſa erat domus hæc. 50. caſulæ. 18. caſulas vendam. 16
Caſalbadium, Caſalbas, 89
Κασαυρὰς, κασαυρὰς, κασωρὶς. 111
Caſſandra. 23. caligaria 47. 111.
Caſtigamus riſum potiunculis. 19
Caſeus mollis. 30. 96
Cataphagi. καταφαγής. 11. 59
Cataſtropha qværitur periculo. 2
Catella. 36. nigra. 3 cingulo alligata. 4
Catilla. 2
Caucolatores. 10
Cave, contemnas co libertos reliquos. 9. ca veo teſtamento, ne. 4
Caunearum trium a dilis. 1
Cauſas in diviſione gere. 2
Cella oſtiarii.

Cell

Cellariolum. 118.119
Cellatio. 50.118
Centenaria lanx. 87.88
Centenarius. 50.
Cepa pirrata. 29.82
Cerasina tunica. 38
Cerdo. 32.88
Cerebellum cœpi ipſimi. 49
Cerebrum meum experieris, 48
Cerritus, cereritus. 69
Certus. 15. eſt. 34
Cervical. 27
Cervices fractæ 25. poſt terga flectere. 46
Κέρχνοι, κερχνώδεες 115
Chia vita. 34
Chorda, 38.96
Cibaria corvorum. 29.
Cicaronē meū. 28. 44
Cicer naturæ cum cœpi. 29
Ciceræ jus, 83.84
Cicerbita, 94.95
Cingillo galbino ſuccincta. 38
Circa porcelli ſcil. errant. 12
Circulatum pondus juſſit approbari. 39. circulatæ ſunt gallinæ. 36. circulata ſunt oxicomia. 35
Circulatores. 40
Circulus de cupa excuſſus. 31. circuli ardentes. 25. ludentum. 1
Circumdata vitello ficedula. 6
Circumferebat collo onera. 19. circumtulit lance oſtrea. 42. uvas. 13. circumferens pateram. 32
Circumibat pedes noſtros. 20
Circumitor. 24
Circumminxit veſtimenta. 33. circumminxero illum. 28
Ciſterna frigidaria. 45
Clamo illi. 19. clames licet Jovem. 29. clamamus ſophos univerſi. 11
Clavo tabulari fixum. 48
Clepo verbum: clepo nomen. 85.86
Clivo in medio laborare. 19
Cluſo oſtio. 34
Coccineū tomentū. 9

Cocloarii. 101
Çoco. 30
Cocus ingenioſus. 42
Cochlearia, ſelibras pendentia. 6
Coda vituli. 16
Codex, non mulier. 47
Cœlus. 10. fit taurulus. 1. ubiq; medius. 16. cœlũ Jovis tenere. 23
Cœna libera. 1. ſumma. 12. in theca repoſitorii. 10
Cœnationes. 50
Cœnatoria. 27
Cœpi circumſpicere. 25. cœperat fugere. 38
Cœperat velle ſaltare 42. 10. cœperant dare operam. 10
Cogitatatio diſtorta 26
Cohærent. 39
Colaris. 27
Colat ſudor. 91
Colei. 11. coleos ſi haberemus. 16
Colepium. 41
Collocari hoc non potuit. 24
Colludunt cum piſtoribus ædiles. 14
Collo ſuo ligna portare. 9
Colonia creſcit, ſicut. 16
Color ruber probatus ad medicationes. 77
Coloris ſui non fuit. 35
Colubra. 17
Comedi pannos meos. 16
Comeſſe homuncionẽ, urſum. 38
Cõpedes mulieris. 35
Compediti. 11
Compilatus. 34
Componere argentũ 38
Computa, & plus do. 18
Comula betalis, pedalis. 84. 8
Conamur intrare triclinium.
Concagatum. 3
Cõchiliata lana. 25. 7
Conchiliatum tomentum.
Concidit vitulum.
Conciliator deorum 4
Conclamavit famili 22. propter hominem.



Digitized by Google

Concrepuit ſcuta hoſtis. 30
Conditura vitreorum. 23
Condocefacere. 85
Confeſſus Bromium, Lyæum. 13
Confuſus contra. 47. hac voce. 46
Conjicere in rutæ folium. 9. 29. conjicere in os aquam. 13. 38. conjicias in puteum. 44. conjici jubebo in decuriam. 20. conjicimus nos in balneum. 44. conjeciſſe piper non putes. 21
Conjungere Siciliam agellis. 10
Conſiderat lancem. 22 conſiderare non licebat. 3. conſideranda dedit ei. 39
Conſiſtit uno loco. 18
Conſtitum habui nunquam. 28
Conſtreinum. 18
Conſurreximus altius. 32
Contabundus 33
Contacta poma! vexatione. 31
Continere. 19. libidinem 47. contine te. 37
Contra aurũ erat hoc. 49
Contubernium balneatoris. 24
Conturbare illum exiſtimant creditores. 10
Convertit ſe in figuras duodecim. 10
Convivare melius ſoles? 27
Copo 11. 39. compilatus. 34
Coptoplacentæ. 12
Cor non habebas. 30. cordis fruſtra. 38
Corbis, in qvo. 6
Coreillum. 48
Cordacem ducit nemo melius, 23
Corinthia. 22
Corneolus fuit. 15
Cornu acutum. 11. cornua naſcuntur illis præ mala ſua. 11
Coróna argẽtea. 22. coronæ aureæ. 31. coronis vinxerunt pedes. 42
Corporaliter, 32



Digitized by Google

Correxit phialam. 23
Corrotundavi.49.corrotundata, quaſi ovum. 110
Κρατηρίζειν. 54
Craticula argentea. 42
Credræ. 9
Creſco nec ſuſum, nec deorſum. 29. creſcit & minor fit. 30. diſcipulus tibi 18. retroverſus. 16. creſcunt plagæ inclinatione ponderis 22. creſcebat vox in foro, tanqvam tuba. 15. crevit abeſſe 14. de nihilo. 9. ex parvo 44. tanqvam favus. 14. creſcant ita patrimonio. 41
Creticæ neniæ. 29
Κρώμυξοι. 59
Crocum effundere. 31
Crœſus. 35
Cromataricas eſſe. 25
Crotalia. 39
Κρότων. 81
Cubicularii. 24
Cubitum ponetis. 2. repoſui. 37
Culcitæ tomentum habent conchiliatum. 9
Culti capiſtris & tintinabulis. 19
Culter venatorius. 19. ferro Norico. 41. cultrum 29
Cum elogio exheredari. 14
Cum ingenti ſubtilitate. 4
Cum maxime hæc dicente Gajo. 25
Cupa. 31
Cupedia. 73
Curare annulos. 30. curabat collum illius medicus. 34. curavi eam propter res venerarias. 32. curavit arietes in gregé. 9. curabo domita ſit. 47. habeat ſtigma. 40. longe tibi ſit hoc. 29. plores fatum. 48. quæras me ungvibus. 47. ſit irata tibi. 29 iratus tibi Jovis. 29
Curioſus magiſter. 18.
Curris. 30. currit, & nõ movetur de loco. 30. currunt qvadrata. 14
Curſu uno corrotundavi centum ſeſtert. 49
Cyclops. 10

Dæda-

Digitized by Google

D.

DÆdalus. 23. 41
Damnavi ſtuporem meum. 12
Daſi quid habuit à dis 16
De pro cum. 69
De pro ex. 116
De abundat. 69
De corpore uno, fri-&ta, luto, porco factū. 41 cubiculo in triclinium ire 13. glorioſis non ſum. 48. lucerna occidit. 17. magna turba acceperat. 18. medio amici. 10. medio ſcordalias. 30. nihilo crevit. 9. nobis. 30. nobis unus. 15. præſentiarum. 29. 47. re dicam verum. 14. ſacculo effundere numos 42. ſinu protulit. 23. ſtercore tollere qvadrantem 14. terra ſuſtulit. 23
Debattuere ipſam. 40
December menſis. 82
Debet hic eſſe neqvisſimus. 21
Declamaſti controverſiam. 20
Decolo, decollo, βυ-κολέω. 60
Decollari. 23
Decucurrerunt qvadrigæ. 35
Decuriæ artificium. 72
Urbis. 106
Decuria Viatorum, 20
Deſero ſponſiunculam. 29
Defraudit ſibi nihil 40
Dejicere de negotio. 24. de lectis quem. 42
Delectatus cum domina ſua 17. affabilitate. 32. hac hilaritate. 37
Delebit ſtigmam Orcus. 17
Delicatus. 30. delicati eſſe non debemus. 16
Deliciæ. 36. viri. 39
Demandavi aſſem in illius ſinum. 33
Denarios aureos mille 16. binos daturus eſt. 17
Dentes habet aqva. 13 dentibus ſordidisſimi. 35. ſuſtinere amphoram. 25
Deprecari cœperūt. 21
Deprehenſus, cum delectaretur cum 17. deprehenſa in contubernio. 24



Digitized by Google

Derideri.32.33.derides verba pauperiorum. 18
Deſcendimus in ſolio 46
Deſomnem facere. 19
Deſtinavi illum docere, 18. deſtinatum ei eſt. 14
Deverbia dicere 35
Devorare panem cum altero. 15
Diana. 31
Diaria. 48
Dico illi. 21. dicit mihi fatus meus 50. mihi nemo, redde. 28. dicere ſibi verum nolunt. 19. dicit læcaſin frigori. 13. qvatuor partes. 18. centum. 26. dic ergo. 20. Dixi, qvod comedit. 18
Dignatio. 81
Dignitoſus. 28.81
Diffuſus contentione. 42
Dilectum agere. 15
Diligenter obliti malorum. 1. ponas. 20. vide, ſi idonea. 44
Diminutivis freqventer utitur Petron. 61.62.79
Diomedes. 3
Dionyſe. 1
Dipondiarius. 4
Διστακίον. 5
Diſcipulus tibi, creſcit. 1
Diſcordia, non homo 14
Diſcurrere cœperunt circa menſam. 1
Diſcuſſa ebrietate. 4 expectatione. 20
Diſpenſa. 11
Diſpenſator. 17.24
Disſilio felicitate. 48. gaudimonio. 32
Disſipat tempeſtas. 1
Dividere potiones ſervis 36. pueris reliqvias 38 thebaicas. 21
Dare dicta. 32. ferrum. 17. gladiatores. ibid. malum 47. operam ſermonibus. 10. peſſum aliqvem 14. plauſum 22. ſuos 17 vinum in manus. 6. dedit Deus aliqva. 9. ei uxorē, Iphigeniam, 31. dedi me in ſervitutem. 25. diſpenſatorē ad beſtias, 17. datū ei eſt, non deſtinatum. 14



Digitized by Google

Domina. 17. mea. 38. dominam feciſti tuam de rebus illis. 50
Dominus. 34. dupondiarius. 29. meus. 39
Domus ratio. 18. domum recta. 30
Dono illud colliberto 29
Duciculi, Ducacilli, 110
Ducit cordacem. 33. duxit canem, obſonium. 20. cocum in culinam obſonium. 20. duxiſſem illi alapam. 28
Dupondiarius. 29
Dupondii non facio matrem. 29
Dupondius. 30
Duracina. 61
Duravi interrogare ipſum. 12

*E.*

EBuliit animam. 13. pæne. 33
Eccritus. 92
Edi de ſcriblita de melle. 37
Efferri in vitalibus nolo. 50. elatus eſt bene. 14
Efficere echinos. 41
Efflaverat omnia. 28
Effrangeretur. 48. effregerunt januam. 51
Effundere crocum cœperunt. 31. effudit indecēter riſum. 29. effundi ſub menſa vinnm juſſit. 46. effundebatur ſub menſa plus vini, qvam 10. effuſa ſunt ex plagis tomacula. 22
Egraginavi. 33
Eludere ſublatis manibus. 27
Emittere extra januam quem. 45. per januam quem ibid.
Emptitius. 20
Enatavi. 29
Enim eleganter abundat. 104
Enus. 20
Eo. It in cerebrum anathimiaſis. 19. ibat res ad nauſeam. 51
Epatia 30
Epheſus tragœdus 42. 102
Epidipnis. 41
Ἐπαωμίςρεται. 126

Epulum dedi, binos denarios. 43
Exercere vultus convivæ. 31
Eqvus Trojanus, 23
Erectus ſupra frontem manibus. 23
Eripiet favorem Norbano. 13
Ἐρωμυθοπάροχος amicarius. 127
Eſſedaria mulier. 17
Eſurio annum 15
Et forſitan qværis. 22. quid, ſi non. 13
Etiam videte, quam. 12
Evadit nemo dupondium. 30
Euchius. 13
Eveniat male ædilibus 15
Evocatus cibo canis. 45. 107
Evpatria: εὐπατρίδαι 9. 57
Ex aceto tæda. 19. ædibus ortum incendium. 24
India ſemen boletorum 9. onagro nata mula. 9. pueris unus. 4. qvo factus ſum podagricus. 35
Excatarriſſaſti me. 39. 98
Exceptio. 36
Exciderat cocus. 25
Excipit fabulæ partem. 13. excipimus urbanitatem. 23. excepit nos tumultu canis 45
Excluſerat caput pallio. 5
Excuſſus de cupa circulus. 31
Exéterare porcum. 25. exenteratus non eſt. 21
Exeo, exit per parietem automaton. 25. exierat Capuæ. 33
Exheredabatur cum elogio. 24
Exhibet hiſtrionem. 23. 67
Exibilavit tetrū qvid. 35
Exiſtimāt mortuum millibus tot. 37
Exitus bonus. 17. malus cœnæ. 25
Exopiniſſent. 34
Exorabant Jovem aqvā. 16. exoratus à nobis 23
Exoſſatæ gallinæ. 36
Expectabam, ut diceret. 22. expectantes, qvid nuciaretur. 31

Epe-

Digitized by Google

Expectatio.23. cœnæ, 1
Expudorata frons. 11
Extēdit ſe adverſus Norbanum 19 ſupra totum 51
Extorſit pollicem illi. 21
Exſurrexi. 31

*F.*

Faber vitrorum, 22
Faba vitrea. 39
Fabula de Ulyſſe. 21. fabulam exorſus eſt. 32. fabulas interpellavit Trimalcio. 10
Facere. 17. ad ſtellas. 33. facere Attellanam. 25. coctos vitulos. 20. deſomnem qvem. 19. exitum bonum 17. fluctū. 19. gallum gallinaceum. 20. glorioſos qvos 27. lucrum 30. naves alteras 49. nihil boni nemini. 14. nihil ſine ratione 11. facit homines corcillum. 48. vires panis. 37. faciunt portenta porci. 20. faciamus tangomenas. 7. feceris tibi quid mali ſemper. 11. dupondii matrē. 29 facio tanti patrimon[ium] um nullius, ut menti[a]. 33. facere ſua cauſa. 19 reporrigere Cæſarem. 23. faciatis vinum bonum. 20. ſvave vinum, oportet. 20. fecit ad ſalivam. 20. ad ſe omnia. 10
Factio. 30
Falcipedia. 115
Fallere fefellitus ſum. 33
Famem à labris abigere. 19
Familia diſcurrens. 31. laniſticia. 16
Famoſus praſinianus. 42
Faſcia praſina 35. faſciæ noſtræ es 18. 69. faſciæ crurales. 12
Faſcinabulum. 89
Fatum. fata molionum 41
Fatus malus. 42. eum perdidit 14. meus 50
Fatuus præ literis 18
Favus ſuper ceſpitem. 11
Felicio. 32. 39
Feliciter 22. Auguſto. 32
Felix in amicos es 50
Femina ſui Domino. 48
Fericulum, ferculum. 88



Digitized by Google

Fericulſta. 10
Fermentum peculii 49
Ferre aliquid muneris verhulæ 38. ſecum qvid 15. tot annos ibid. ſententiam decernētis. 42 ferebat bene ætatē. 15
Fervetilli ſangvis 30. fervere cito ſoleo. 28
Fidem meam malo, quā 28
Filius fortunæ. 14. terræ ibid.
Filo bono eſt. 18
Fio. fit aries 10. coctus æno 46. nox 3. ſevir gratis 28 taurulus 11. fit apud eum 1. in cœnam. 20. in manu ejus plumbum, aurum 14. fieri ſolet 21. factus ſum podagricus, phtiſicus 35. factæ ſunt in unum 22. factum eſt incendium. 24. facta gyzeria. 37
Flexit convitium in puerum. 29
Fluctū in corpore facit 19
Fœtens condimentis. 42
Foras aquam 23, parata ſūnt. 19
Forenſia. 27
Formæ ingentis canis. 36
Fortis frater, 14. vir, 49. tanquam Orcus. 33. 90
Fortunæ filius 14
Freneticus. 35
Frigus mundum. 13
Frugi eſt 48
Fruniſcor meos 16. frunitus eſt. 14
Fruſtra ſupina, verſa. 3
Fugæ meræ 1
Fugio. fugi hac 34. fugi longe 14. in ſylvas. 3
Fultus cervicalibus 5
Fulcipedia. 48. 11
Fullo eſt Baliſcus. 1
Fundos habet, qvam mil vi volant. 9. emptos. 2
Furtim conſurrexit. 3

G.

GAlbinum cingillum 3
Galeatus vitulus. 3
Gallinæ altiles, exoſſata 3
Gallus Phaſiacus, 7
Ganymedes. 3
Gaudimonium. 3
Gavillæ domus. 3



Digitized by Google

Gauſapati apri. 10
Galatinæ. 96
Geneſin primere. 11
Genge. 29
Genius Gai 24. genios veſtros iratos habeam 34
Γεννάδαι Γενναῖοι. 83
Gero. geſſi vitam. 34
Gingiliphus. 45
Gizeria optime facta. 37
Gladiatores buſtuarii. 67 pedites 68. ſeſtertiarii. 17
Gladio ſtricto 34. concidit vitulum. 31
Glebulas emi. 28. 78
Glorioſus volo efferri 50 glorioſos nos faciunt lana. 27
Γλυκαντήρ, 94
Gratiam parem referre cui 50. gratias ago diis propter artificium. 30 agimus liberalitati. 19
Gravis ebrietate. 51
Gravitas. 24
Gurdus, gurridus. 68
Guſtare panem :cum illo 34. de jure 18. de urſina. 38
Guſtus ex amphora. 5[illegible] guſti fuit mi hæc jactura. 49

H.

Habet, qvod debebatur ſibi 14. qvod qveratur 14. qvod rideat. 28. habet, unde 17. habere debet tot pondo hæc armilla 39. habere aurum pro luto. 23. capillos liberos 10. convicium 38. frigus 13. liberum patrem 13. ſeceſſum 12. habes lites mortuus 47. panem hæc res 18. virtutem aliqvam 13. vitia duo. 40. habebit ſtigma. 17. habuit ſe bene 10. habere in cœna qvid 37. in fortunis 9. in ſe bona omnia 11. intra præcordia ſua qvid. 27
Helena. 30
Herculis ærumnæ. 21
Hereditatem accepit. 14
Hermerotes in poculis. 75
Hilares ſimus 30. vino 10. hilaria mera ſint. 32



Digitized by Google

Hilaritas 37. turbata. 46
Hinc atqve illinc ſecuit ventrem. 22
Hipparchus. 11
Hoc ſuum propinaſſe. 2
Hoc & illoc. 11. hoc loco rem piam fecit. 49
Holera ſpectant lardum tollunt. 11
Homeriſtæ. 30
Homerus. 21
Homo bellus 13. lautisſimus 1. melior non eſt, ipſo 10. Minervæ omnis 15. negocians 14. perditus. 25. ſeſtertiarius 17. ſtultisſimus. 37 vafer. 22. homo inter homines. 25. hominẽ inter homines feci 47. hominem inter homines voluit eſſe. 10. ſi homines haberet. 16
Homunciones. 27
Honeſte vixit, obiit 14
Honeſti. 12
Honeſtisſimus libitinarius. 51
Horologium in triclinio habet. 1
Hortatus catellam, ut properaret. 36
Humor moleſtus. 3

I.

JAcet argentum in cella 9. libertini loco. 10 jacent agri. 16. mortu 2
Jactat diligentiam 39. e am taurus. 17. jactan panem. 36
Jam ſcio, unde 16. ſcies habere fidem ferrum hoc 30. ſcies, patrem perdidiſſe hoc 29. re citabatur 24. vidi me liores beſtiarios. 1
Ignoſcite 119. ignoſceti mihi, qvi dixero. 2
Imago cœnarum 41. vera Trimalcionis. 32. cere 125. 12
Imitatus eſt choraulas tibicines 41. luſcinias 4
Imminere uberibus. 1
Immiſit calicem in faci em Fortunatæ 47. pe dem ſuper lectulũ. 3
Impendet male 1
Implevit tricliniũ lamen tatione 44. latratu. 3
Impo

Digitized by Google

Imponit manus humeris uxoris 37. pileum capiti 13. ſibi. 19
Imprecetur mihi bene populus. 50
Impropero. 10
Improſpectum. 38
In alio vides pedicellum 28. amphitheatro arena. 6. argento ſtudioſus ſum. 23. balneo ſequi 1. cancro qvi naſcãtur 11. cella vini habet plus 10. clivum ibant. 16. collo habet ſudarium. 38. cubitum reclinamus 10. curis autem, quomodo 15. diviſione cauſas agere. 20. fortunis qvis habet tãtum 9. funus fuit 13. ingenium naſci 29. leone, libra qui naſcantur 11. manus dare vinum. 6. medio voca. 21. numis habuit omnia 14. oculis feram 48. præcipiti res humanæ, 25. rogum congesſit ſtatuas 22. rutæ folium cõjicere 9, 29. ſagittario qui naſcantur. 11. ſoli[...] deſcendimus 46. vice[...] cœnæ. 2. virgine qui naſcantur 11. unum omnia. 22
Incendit ſtatuas. 22
Inclinatus ad aurem illius 21. inclinata res eſt 10. inclinatis rebus ſuis ibid.
Includit in eqvum. 25
Incubuit ſuper brachiũ 25
Incubo. 9
Indecenter pinguis. 35
Indulgẽtia viri. 39. indulgẽtiæ ejus agimus gratias. 19
Ineptiæ humiles. 24
Inflat ſe, tanquã rana. 47
Ingenio canino uti 36
Ingenio meo. 41.67
Ingratum artificium. 25
Inimicare. 128
Inqvinatus literis. 18
Inſcriptio. 26
Inſolenter ſolent. 30
Inſolentia, 22
Inſpecioſus. 46. 111
Inſula. 43
Intellexi, illum eſſe verſipellem. 34. intelligere meum

Digitized by Google

meum. 23
Intentavimus oculos in præliantes. 42
Inter duo excellens. 16. familiam vitulus allatus eſt 31. novos miniſtros intravit. 47. primos 25. riſum 36. tortores duos conſiſtit. 21
Interpellavit fabulas Trimalcio 10. libidinem. 24. trepidãtes ſervos. 1
Intra hos dies 9. ſextum menſem ſciero. 24
Intravi in januam 33. intrare tricliniũ conamur. 4
Intro vinum. 23
Invaſit eum hic 47
Inveni hic leones. 15. invenies lac gallinaceũ, ſi quæſieris. 9. invenire buccũ panis nõ potui 15. Inveniemus, qvod manducemus 18. unde ſaturi fiamus. 16. inveniunt ſe medici. 19. 123. 124
Invitare ſermones. 13
Involare annulos. 30. & 5. 36. plus ex hæreditate, qvam ſibi relictum eſt 14. involant Strige
Involvere brachium lana. 2
Joculator. 1
Jocus ſum nemini. 2
Jovis. 19. 2
Iphigenia
Ipſimi. 4
Iraſcitur fratri 14. tibi. 2
Ita lucrum faciam, niſi 3 moriar bene, niſi 3 populus per exitu meum juret. 30. ſatu fiam, ut 2
Judicium actum inter 2
Jungere Apuliæ fundo 50. junxerunt oſcula. 3
Jupiter iratus 15. Olympus. 2
Jurare cæpimus, ne potuiſſe 21. jurat per exitum meũ populus. 3
Juvet me mortuum. 50. 1

## L.

LAborat patria 16. populus 15. laborare i clivo medio. 1
Labrum 45. labrum inferius 41. ungebam d luce

Digitized by Google

lucerna 48. labro demiſſo. 23
Lac gallinaceum. 9. lactē unum biberunt. 42
Lacerare altilia 12. cantica 45. laceratus gallus à coco. 46
Laconicum. 109
Lacticuloſus. 28
Lacunaria deducta 31
Lama. 79
Lamellulas paravi. 28. 79
Lamia, Eq. Rom. 78
Lana 9. alba, conchiliata 25. bona 50. bona parū 9. lana cum fœtum. 28
Laniones. 11
Laniſtitia familia. 16
Lanx clunaria. 31. Corintthia Centenaria. 22. 87 88
Lapidarius 37. lapidariæ literæ. 29
Lapis ſpecularis. 39
Lares bullati. 32
Largiter vinearum 43
Larifuga nocturnus. 28
Larvas aptabant. 15
Laſanum. 19
Late venio. 30.
Latifundia posſides. 50
Latratus teterrimus. 36
Lavari ſine turba. 45. lavit ungvento manus. 19
Laudamus dictum 13. urbanitatem 11. effuſe. 36
Lautitiæ domini 27. lautitiarum clivus 9. lautitias diſpoſuerat. 46
Lectus ſtratus. 4[illegible] vitalis. 14.
Lego ei fundum. 43. patrimonium filio 14. apud Homerum. 21
Lentior, non melior. 28
Leones 15. domi. 16
Libellus, fixus in poſte. 2
Libentisſime tueri officium. 1
Liber. libri rubricati. 18
Liber eſto 13. liberos capillos habere. 10
Libertini locus. 10
Libido ſaltationis 24
Libitinarius 10. libitinarii ſervus. 51
Licentia intemperans. 27
Licet, ſculpas fractam amphoram. 44
Lictor percusſit valvas. 36
Limen tranſire, 4

Lin-

Digitized by Google

Lingva tace 40. lingvam caninam comedi 14
Lingvoſus. 14. 35
Linunt utroſqve parietes 11
Liqvatum eſt infuſum ex ungvento. 42
Liqveſcit cor. 13
Literæ geometræ, lapidariæ. 29. theſaurum eſt 19. literas didici 20. literis inqvinatus. 18
Loco libertino jacet. 10. locus prætorius. 37
Longè à nobis. 46. tibi ſit comula, curabo. 29. venio. 30
Loqui ſcemas 15
Lorus in aqua. 28
Lotium ſuum non valet. 28
Lucerna fictilis. 40. lucernam ſpargi mero juſſit. 46. lucernæ plures videbantur ardere 35
Lucrio, 32. 88. Lucroſi. 59.
Lucrum omne me tranſeat. 32
Lucunculi. 94
Luna lucet tanqvam meridie. 33
Lupa. 8
Lyæus. 13

M.

Macariſtus homo, 81
Madia. 24
Mactrilla, 111
Mœcenatis carmina. 108
Magis magisqve intuens. 21
Magiſter. 28
Male fervet olla. 10. vacillavit. 10
Maledicere genio illius. 24. majorem. 30. Trimalcionem cœpit. 47
Maleicorium. 19
Maligne ploravit illũ. 14
Maliſtos. 28
Malo fidem meam, qvam theſauros. 28. nihil, de una die duas facere. 44. mihi hoc. 22. mavult ſibi aſſem, qvam vitam.
Malum. mala Cydonia ſpinis confixa. 4[illegible]
Malus. malus fatus. 4[illegible] mala manus. 31. mal[illegible] quid, ut aut naſcantu[r] homines, aut pereant 11. pe[illegible]

Digitized by Google

11. peſſime mihi erat, ne. 25
Manias habet. 17
Manni. 66.67
Manuciolum factum de ſtramentis. 35
Manumiſſio mortui, 93. 94. in teſtamento. 103
Manumitto aliquot. 14. illas in teſtamento. 43 mortuum. 37
Manus mala. 34. manum lavat. 18. manum de tabula. 49 manu involuta 34. oppoſita ad os. 35. plena verberavit. 36. Manus in illius capite tergeret. 2. 28. 80. timida 22. uncta 14. manus trementes. 47. manus lavit ungventis. 19 tergit ſudario. 38. in villis. 28. manibus erectis ſupra frontem. 23. nexis. 45. ſublatis. 27. ad camaram. 11
Mantiſſam habet magnã 37
Mappas implevi 7 pomis 32
Marculi. 74
Martelli. 74
Martiolus. 73.74
Mataritata. 33
Matella. 17
Mateus. 13
Matrylleum, ματρυλλεῖον 128
Matteæ. 36.46
Maxillæ majores. 15
Medicus conſolatio eſt animi 14. conſolatio mimica 64. curabat collũ. 34. medici perdiderunt illum. 13. vetant. 19. medici ſe non inveniunt. 19. medicum artificium. 20
Mejere caldum. 39
Mel atticum. 9. 27. caldũ Hiſpanum. 37. à jove dicuntur afferre apes. 27
Melica. 35
Melior 30. melior eſto 30 meliora crotala. 39
Meliſſa Tarentina 32
Melius ille. 22. loquere 16.
Memini Safinium. 15. meminerimus vivorũ. 48
Memoriæ bonæ eſſe 37. malæ

Digitized by Google

malæ eſſe 22. memoria ceciderunt. 27
Menecrates 45
Mentē bonam ſibi optarunt. 32. Mentibus puris. 16
Menſa argentea 46. plena 14. menſam oſculati 35. menſas ſecundas juſſit afferre. 14
Mercurialia. 29
Mercurii milleſimæ. 97
Mercurius dū vigilat. 50
Meus homo 33. miles. 34 mea Meliſſa. 33
Micare in tenebris cum qvo. 16
Micarius. 46
Mihi empti ſunt horti. 24 malo hoc, vitrea. 22
Miliarium quintum. 33
Milleſimæ Mercurii 39
Milva. 48
Milvo volanti 17. milui qvam volant. 9
Minervæ omnis homo. 15
Minophilus. 42
Minoris, quam muſcæ. 13
Minutalia. 19
Mirabor, niſi 41
Miſcere camellam. 36
Miſelus. 37
Miſcnlus, miſcus, miſcuus. 66
Miſsio 25. miſsionem dedimus pernæ. 23. dedit puero. 23
Miſtyllus. 93
Mittas 21. ſuſpicionem 11. illis ſangvinem 33. illi ſemen boletorum ex India. 9
Mixcix. 17. 66
Modo, modo 19. modo, modo me appellavit. 13. modo ſic, modo ſic 16
Mola buxea. 46
Moleſtare noli meliorē. 30
Moleſtus 18. fuit. 14. tibi ſum. 23
Mollire. 34
Moliones. 4
Monumenta 33. optima facere. 3
Mōſtruoſius ferculum 4
Mordet annonam. 1
Mordicus tollere qvadrantem. 1
Mucronem probare ad buccam 41. mucron coll

colligere fruſta. 31
Muſtius, non magiſter. 30
87
Mulier eſſedaria 17. milvinum genus 14. naſcitur in virgine. 11
Mulierarius. 15
Munus amplum. 32. excellens. 16
Muria fœtens. 42
Mus 29. in metalla 30. murem cum rana 27. mures ne iſta tangant 50
Muſæ omnis mancipium 40
Muſcarium. 27
Muſcarum cinis. 63
Muſtela comedit cardueles. 18
Muſteus magiſter. 37
Mutis. 32
Muta, i. e. emenda. 99

*N.*

NÆniæ. 20. 29
Nardi ampulla. 50
Narrare nihil nugarũ. 34
Naſcalia. 109. 110
Naſcatores æneoli. 109
Naſci. ut naſceretur mel Atticum 9. Naſcitur ſigno illo 10. in geminis, in cancro ibid. naſcuntur domi omnia 9 illi cornua 11. lana 9. naſci in ingenuũ 29. natus domi 20. nata ſic ſunt Corinthia vaſa. 22 ex onagro mula 9. natu maximus ſus. 20
Natare piſces oportet. 10
Naves majores, meliores, feliciores. 49. euntes plenis velis 43
Naufragarunt naves. 49
Navus. 18
Nec dum finieram 41 nec dum ſciebamus, cum 11. nec eſt, quod putes 9. nec mora 22. nec mu, nec ma. 28
Negabitis non, me habere. 13
Negotians homo. 14
Nemini nil ſatis eſt. 49
Neptunus devoravit c c c ſeſtertium. 49
Nervia præciſa 17
Neſapius. 22
Neſcio cui terræ filio 14. neſcio qvid daſi 15. quid nunc taces. 32.

malæ eſſe 22. memoria ceciderunt. 27
Menecrates 45
Mentē bonam ſibi optarunt. 32. Mentibus puris. 16
Menſa argentea 46. plena 14. menſam oſculati 35. menſas ſecundas juſſit afferre. 14
Mercurialia. 29
Mercurii milleſimæ. 97
Mercurius dū vigilat. 50
Meus homo 33. miles. 34 mea Meliſſa. 33
Micare in tenebris cum qvo. 16
Micarius. 46
Mihi empti ſunt horti. 24 malo hoc, vitrea. 22
Miliarium quintum. 33
Milleſimæ Mercurii 39
Milva. 48
Milvo volanti 17. milui qvam volant. 9
Minervæ omnis homo. 15
Minophilus. 42
Minoris, quam muſcæ. 13
Minutalia. 19
Mirabor, niſi 41
Miſcere camellam. 36
Miſelus. 37
Miſcnlus, miſcus, miſcuus. 66
Miſſio 25. miſſionem dedimus pernæ. 23. dedit puerò. 23
Miſtyllus. 93
Mittas 21. ſuſpicionem 11. illis ſangvinem 33. illi ſemen boletorum ex India. 9
Mixcix. 17. 66
Modo, modo 19. modo, modo me appellavit. 13. modo ſic, modo ſic 16
Mola buxea. 46
Moleſtare noli meliorē. 30
Moleſtus 18. fuit. 14. tibi ſum. 23
Mollire. 84
Moliones. 41
Monumenta 33. optima facere. 37
Mōſtruoſius ferculum 41
Mordet annonam. 15
Mordicus tollere qvadrantem. 14
Mucronem probare ad buccam 41. mucrone colli-

colligere fruſta. 31
Muftius, non magiſter. 30 87
Mulier eſſedaria 17. milvinum genus 14. naſcitur in virgine. 11
Mulierarius. 15
Munus amplum. 32. excellens. 16
Muria fœtens. 42
Mus 29. in metalla 30. murem cum rana 27. mures ne iſta tangant 50
Muſæ omnis mancipium 40
Muſcarium. 27
Muſcarum cinis. 63
Muſtela comedit cardueles. 18
Muſteus magiſter. 37
Mutis. 32
Muta, i. e. emenda. 99

*N.*

NÆniæ. 20, 29
Nardi ampulla. 50
Narrare nihil nugarũ. 34
Naſcalia. 109. 110
Naſcatores æneoli. 109
Naſci. ut naſceretur mel Atticum 9. Naſcitur ſigno illo 10. in geminis, in cancro ibid. naſcuntur domi omnia 9 illi cornua 11. lana 9. naſci in ingenuũ 29. natus domi 20. nata ſic ſunt Corinthia vaſa. 22 ex onagro mula 9. natu maximus ſus. 20
Natare piſces oportet. 10
Naves majores, meliores, feliciores. 49. euntes plenis velis 43
Naufragarunt naves. 49
Navus. 18
Nec dum finieram 41 nec dum ſciebamus, cum 11. nec eſt, quod putes 9. nec mora 22. nec mu, nec ma. 28
Negabitis non, me habere. 13
Negotians homo. 14
Nemini nil ſatis eſt. 49
Neptunus devoravit c c c ſeſtertium. 49
Nervia præciſa 17
Neſapius. 22
Neſcio cui terræ filio 14. neſcio qvid daſi 15. quid nunc taces. 32.

Y quid

Digitized by Google

quid retrum 35. neſcio quis 28. neſcitis, apud quem fiat. 1
Nihil eſt dies 13. nihil eſt, ſi non eſt factum 21. nihil nemini facere boni 14
Niobe. 23
Niſi ſi me judicas curare. 38
Nobis eum exentera 22
Nocte. 19. 24
Nocturnæ mulieres. 35
Nominabitur ſempiterno. 17
Non eſt, quod 19. non expuit 15. non me novi, aut non deribebis me. 29
Nonne. 54
Notare. 96
Notavi menſas argenteas 46. poſitum ſupra me 42. notavit hoc Trimalcio 39. notavimus habentia oſtrea è cruſtis. 42
Novendiale ſacrum. 37
Novi nihil mihi poteſt afferri 10. quid de cœlo. 31
Nugax es. 23
Numero ſtellas 33
Nummularium artificiũ 27. numularius ibid.
Nummus. nummorum nummos habet 9 nummorum omnium 34. nummorum omnium eſt. 40
Nunquid alius ſcit. 23
Nutricas viperam ſub ala. 50

O.

O Pro an. 64. 65
Obduxi pultarium cordi. 13
Obiit diem ſupremum. 33 honeſte. 14
Obiter. 9
Obliviſcor nomen meum 37
Obruſſum. 38
Occidi juſſit ſuem 20 occiditilli cardueles. 18
Occupat triclinium familia 42. occupavit repoſitoriam menſam. 21
Occupo. onis. 30
Oclopeta, pro ſclopeta, 7. 56
Oculum bubulum vidi majo-

Digitized by Google

majorē 15. oculi mortui. 33.40
Odaria. 24
Offendit tunc primum me etiam Virgilius 40 me recordatio carum. 36. offenſus cōvitio. 47
Officioſus puer. 47
Officium ſervile. 1
Offla 27. crucis 27
Oleo ferventi reſperſit convivas. 36
Oleum de lucerna. 70
Olla ſociorum cito fervet. 10
Onager. 9
Oneravi vinum, lardum, fabam 49. oneratus coronis 37. potione. 22
Onus onera venalia. 19. 70
Opiniſcere. 34. 42
Opiniſſare. 92
Oportet, vos ſvave faciatis vinum. 10
Opponere pedem cui 29. oppoſita ad os manus. 35
Orcularii ſervi. 14
Orcus delebit ſtigmam. 17. poſſit auferre. 18
Oricularii ſervi. 64
Oro te, loqvere 16. narra. 32
Oſculum oſcula junxerunt. 39
Oſſa bene qvieſcant patrono. 10
Osſicula. 37
Ὠτακουσταί. 64
Otio. 23
Ota concepta. 6. patronia 6. pileata. 36. 30. 96
Ovis. oves laborioſisſimæ beſtiæ. 27
Oxicomina. 30

P.

Palma exentera. 22
Palma prima. 42
Palmæ fructus pro ſagina qvadrupedum, 60
Palmulis textæ ſportellæ 12
Panis autopirus 37. candidus 36. panem hæc res habet 18. ſemiſſem ponebat. 36
Pannos comedi 16
Par tibi ero 27. parem nō habet 40. quem habui? 35
Parentalia. 51



Digitized by Google

Parentare. 40
Paro. paravit tempeſtas diſſipare 18. paratur anatina cui 27. paratus fuit tollere. 14
Paropſides. 22
Partes decem dicit. 48. qvatuor dicit. 18. 69. 70
Partitus eſt vitulum mirantibus. 31
Paſco ventres viginti. 28 paſcunt ſe ipſi. 11
Pataracina. 13
Paronychia. 4
Patera vini. 32
Patrimoninm laticlaviũ 49. non ſentiet. 17
Pauperiorum verba. 18
Pax Palamedes. 38
Peccat qviſqve ſibi. 17
Pedalis. 27
Pedicellus. 28 80
Pelamides. 96
Pelvis argentea. 42
Penthiacum. 20
Penicillus 21. 72. 73
Per ſcutum, per ocream. 33. per tectum deſcendere. 31
Peractæ pugnæ. 43
Perbaſiamus puerum. 12
Percoqvi poteſt gallus.
Percurrit circa menſas extra oſtium 34. per currerunt.
Perdidit mercedem. 3 de vita. 1. perdideru illum medici, fatus.
Perduxit ad hanc fort nam frugalitas.
Perfunde illi caput.
Pergula. in pergula n tus, non ſomniat æd 4
Periculo meo 44. cat ſtropha qværitnr.
Periſcelides.
Periſtaſis declamatio
Perite.
Perſarum victus.
Perſeverat annona
Perſvadeo hoſpitem. te, ut venias.
Pertinet nec ad cœlu nec ad terram hoc.
Pervenirem ad illam. ſatis vivus.
Pedem opponere cui 2 pedes lanatos habe dii 16. pedibus nudis bant.

Pe

Peſſaria, pesſi. 109
Petauriſtarius 24. 25. 31. petauriſtarios intraſſe putabam. 20
Petiit nobis ambitioſisſime, ut 36
Phæcaſiati. 112
Phæcaſiæ inauratæ. 38. 112
Phantaſia, non homo. 10
Phaſiacus gallus. 71
Phiala vitrea. 22
Phylargyrus. 42
Philoſophum nunqvam audivit 44. philoſophos dejicere de negocio. 27
Pica cirrata. 29. 82
Pica malæ lingvæ. 9
Pica pulvinaris. 9. 37
Pica praſina. 1
Pilabat ſingulos 16. pilavit malam 14
Pileatus aper 12. pileata ova. 36. 38. 96
Pileum detraxit apro, impoſuit capiti ſuo 13. rapuit incuboni. 9
Pili facit Jovem 16. pili inhorruerunt. 34
Piper 9. piper, non homo 15
Piſcina. 45
Piſcis. piſces natare oportet. 10
Piſtoria opera. 10
Pittacia in ſcypho. 27
Pius. piam rem fecit. 49
Placare. placuit canem interventu ſuo. 45
Placere. placemus illi 28. placebat fuga confosſis 1. placeret ſibi non tantum 16. placens ſibi magiſter. 18
Plagæ creſcunt. 22
Plane hic debet eſſe 21. hoc ſervus indicare poteſt. 12. meræ fugæ 18. non mentiar 34. nõ omnia narras 40. præciderem illi auriculas, ſi 39
Plangit eum 34. planctus eſt optime 14
Plauſum dedit 22
Plocamus. 93
Plodo tibi. 18
Plores fatum tuum 48. mortuum 25. ploravit illum uxor. 14
Plovebat. 16
Plumbum fit aurum in



Digitized by Google

Parentare. 40
Paro. paravit tempeſtas diſſipare 18. paratur anatina cui 27. paratus fuit tollere. 14
Paropſides. 22
Partes decem dicit. 48. qvatuor dicit. 18 69 70
Partitus eſt vitulum mirantibus. 31
Paſco ventres viginti. 28 paſcunt ſe ipſi. 11
Pataracina. 13
Paronychia. 4
Patera vini. 32
Patrimoninm laticlaviũ 49. non ſentiet. 17
Pauperiorum verba. 18
Pax Palamedes. 38
Peccat qviſqve ſibi. 17
Pedalis. 27
Pedicellus. 28 80
Pelamides. 96
Pelvis argentea. 42
Penthiacum. 20
Penicillus 21. 72. 73
Per ſcutum, per ocream. 33. per tectum deſcendere. 31
Peractæ pugnæ. 43
Perbaſiamus puerum. 13
Percoqvi poteſt gallus. 21
Percurrit circa menſas 23 extra oſtium 34. percurrerunt. 8
Perdidit mercedem. 30. de vita. 1. perdiderunt illum medici, fatus. 13
Perduxit ad hanc fortunam frugalitas. 48
Perfunde illi caput. 36
Pergula. in pergula natus, non ſomniat ædes 47
Periculo meo 44. cataſtropha qværitnr. 25
Periſcelides. 38
Periſtaſis declamationis. 20
Perite. 24
Perſarum victus. 65
Perſeverat annona 16
Perſvadeo hoſpitem. 13. te, ut venias. 18
Pertinet nec ad cœlum, nec ad terram hoc. 15
Pervenirem ad illam. 33. ſatis vivus. 50
Pedem opponere cui 29. pedes lanatos habent dii 16. pedibus nudis ibant, 16

Pes-

Peſſaria, pesſi. 109
Petauriſtarius 24. 25. 31. petauriſtarios intraſſe putabam. 20
Petiit nobis ambitioſisſime, ut 36
Phæcaſiati. 112
Phæcaſiæ inauratæ. 38. 112
Phantaſia, non homo. 10
Phaſiacus gallus. 71
Phiala vitrea. 22
Phylargyrus. 42
Philoſophum nunqvam audivit 44. philoſophos dejicere de negocio. 27
Pica cirrata. 29. 82
Pica malæ lingvæ. 9
Pica pulvinaris. 9. 37
Pica praſina. 1
Pilabat ſingulos 16. pilavit malam 14
Pileatus aper 12. pileata ova. 36. 38. 96
Pileum detraxit apro, impoſuit capiti ſuo 13. rapuit incuboni. 9
Pili facit Jovem 16. pili inhorruerunt. 34
Piper 9. piper, non homo 15
Piſcina. 45
Piſcis. piſces natare oportet. 10
Piſtoria opera. 10
Pittacia in ſcypho. 27
Pius. piam rem fecit. 49
Placare. placuit canem interventu ſuo. 45
Placere. placemus illi 28. placebat fuga confosſis 1. placeret ſibi non tantum 16. placens ſibi magiſter. 18
Plagæ creſcunt. 22
Plane hic debet eſſe 21. hoc ſervus indicare poteſt. 12. meræ fugæ 18. non mentiar 34. nō omnia narras 40. præciderem illi auriculas, ſi 39
Plangit eum 34. planctus eſt optime 14
Plauſum dedit 22
Plocamus. 93
Plodo tibi. 18
Plores fatum tuum 48. mortuum 25. ploravit illum uxor. 14
Plovebat. 16
Plumbum fit aurum in



Digitized by Google

in manu ejus. 14
Plus argentum jacet, qvã 9. libram 38. quid venit 19. numorũ, qvã alter patrimonii habet 16. vini, quam 10. plures. 13
Pluris non ſumus, quam bullæ. 13
Pocula cum ſigillis. 74
Poculum in lance. 22
Poledri, poledræ, polletrus. 58
Πόλ@ν. 58
Pollices extremi pedum. 46
Pomona. 84
Pompa. 31
Ponere cubitum apud qvem 1. ponas diligẽter 20. poſitam ſcropham ſignificabant. 12 poſuit mi in manu 49. ſe ante menſam, 36. ſe loco prætorio 37. poſui ſuper illum nihil 11. poſitus ſuper hoc officium 14. 27. poſuerunt ſuper menſam lares. 35 poſitus in repoſitorio aper 12. poſitum illic erat repoſitorium. 31
Populus minutus 15. leones domi, vulpes foras 16
Porcelli ex coptoplacẽtis. 12
Porcus coronatus poculo 37. varius 16. porci cocti ambulant. ibid. Trojanus. 73
Poricinus. 21
Porrexit aqvam nemo. 6. porreximus manum ad pompam. 31
Porrus, porri. 27
Potentia faciunt porci 20
Porticus marmoratæ. 50
Poſco. popoſcit me bis nemo. 25
Posſideo multa in mari, in terra 11. posſidet ſua octingenta. 9
Poſſum poteſt loqui 18
Poſt hoc dictum effudit riſum 29. hoc factũ nunquam fuit. 35. hoc fulmen rogare cœpit. 47
Pote. 23
Potentia admonitus. 20
Potio calda 13. potiones dimidias effundere ſuper

Digitized by Google

per oſſa 37. potio fer- ventisſima. 46
*Præ* literis fatuus 18
*Præ*cidere auriculas cui. 39
*Præ*dicare. aliqvem de- decus. 47
*Præ*ponam ſepulchro cu- ſtodiæ cauſa. 43
*Præ*teriit exenterare pi- ſcem. 22
*Pra*ſinus 42
*Pra*ſinianus. 42
*Pra*xim. 10
*Pre*mere geneſin ſuam 11
Priapiſci æneoli, 109. 110
Πρʼαπισκωτὸς μοτὸς, 110
*Pri*apus à piſtore fact9. 13
Primæ magnitudinis a- per. 12
Primitus. 33
Principium cœnæ. 2
*Pri*ore anno. 24
Πρoαγωγὸς, amicarius. 127
*Pro* luto erat annona 15. luto haberemus au- rum 23. haberemus o- mnia 39. pro reliqva inſoleantia. 22
Proclamvit 14. 25
Profero. protulit de ſinu lucernam 40
*Pro*jecit calicem 23. phia- lam in pavimentum ibid. ſe in lectum. 34
Propitium genium me- um habeam 47. pro- pitiam tutelâ loci ha- beam 27. Occuponem propitium 36. propi- tii dii. 32
*Pro*poſuerunt toriſtora- lia. 11
Proſcripſit cum hoc titu- lo. 9. auctionem. 10
*Pro*ſequi leporem 34. qvem toga perverſa 30 proſeqvemur laudi- bus. 21
Proſum. profuit mihi ma- leicorium. 19

*PROVERBIA.*

Aſinus in tegulis. 92
Colubra piſcem non pa- rit, 67
Duabus ſellis ſedere. 114
Faſciæ noſtræ non es, 69
Fortis tanquam Orcus, 33
In alicujus capite manû tergere, 2. 80
In alio pedicellum, in te rici-



Digitized by Google

ricinum non vides. 81
In rutæ folium conjicere. 98
Lycurgo crudelior. 113
Manus manum lavat. 123
Mapalia numerare. 30. 90
Milvo volanti ungves reſecare. 17
Mordicus è ſtercore qvadrantem tollere. 14
Nec ad cœlum nec ad terram pertinet. 65
Qui aſinum non poteſt, ſtratum cædit, 17
Qui in pergula natus eſt, ædes non ſomniatur. 47. 128
Satagis tanqvam mus in matella. 30
Sectari aves, corvos, 90
Stellas numerare, 33. 90
Stupes, tanqvam hircus merculia, 29
Surſum deorſum facere. 93
Velut pilas tractare. 15
Providere omnia cui. 8
Proximus ebrio. 23
Puellarius. 15
Puer capillatus 42. frugalisſimus 48. inſpecioſus 42. ſpecioſus. 13. puer ego ſolebam 21. puero me. 15
Puer vetulus, lippus. 2. 35
Pueri Alexandrini. 4
Pugnare ad dictata 17. inter ſe 31
Pugno ſuſtulerunt nos inde 38. 96
Pultarium mulſi. 13
Pulvinaris pica. 9
Pulvis tritus ex lapide ſpeculari. 39
Puto. non putat te natum 30. putes illum non conjeciſſe piper 21. putes taurum ſc. ſonare 19. putares, canem perſequi leporem 34. putares me jusſiſſe. 49
Pyriare. 108
Πυῤῥιᾶν. πυῤῥίασις, 108
Πυῤῥόειν, 108

## Q.

QVadrat hoc. 11
Qvadrata currunt. 14
Qvadrigæ meæ decurrerunt. 35
Qvadrupedius. 115
Qvam bullæ, non pluris ſumus 13. qvam expavit,

vit, non pôte validius 23. homuncio, diutius vivit vinum 7. muſcæ, minoris ſumus 13. relictum illi eſt, plus involavit 14. ſcit plus docet. 18
Qvemadmodum dii volunt. 48
Qvi mori, niſi ego? 33
Quia enim. 23
Quicquid vacat, non tollit. 18
Quid? quid? 21
Quid cogitas 44. dicis 43. enim non me miſit 47. ergo eſt? 10. eſt pauper 20. fecit boni nobis? 17. habet, neſcit 8. habet, quod quæratur? 14. rides? 27. rogas me? 23. vos? neſcitis &c. 1
Quieſcant bene oſſa illi. 10
Quiſquilium 48
Quomodo dicunt 9. dii volunt 32. noſti illam, non conjicies, &c. 38. rex ſolebat cœnare. 10
Qvod ceſpitem videtis, nihil facio ſine ratione. 11

R.

Ραιβοσκελὴς, falcipedia 115.
Rana qui fuit, rex eſt. 50
Rapientes poma. 32
Ratio domus. 18
Recitavit 26. apophereta. 27
Recorrexit coſtas. 14
Recreatus hôc ſermone.
Rectus 15. ſtabat.
Recumbit imus in imo. 9
Recuſans hæc nauſea. 35
Recutitus eſt. 40
Reddere omnium nomina 15. redde, qvod debes 28. 78. reddidiſſem tibi de præſentiarum. 29
Redimitus vitibus, hæderis. 13
Redimo, redemi canem 28. redimere ſe à cane. 45
Refero. relatum eſt in arcam centum ſeſtert. 24
Refecit hilaritatem. 31. refectus ſum. 33
Relaxato vultu in hilaritatem 21
Relegavit me in villicationem 24. relegatus atrienſis ibid.
Religioſi non ſumus 16. religioſo apparatu perfuſum. 31
Relinqvo. non relinqvit canem 15. relinqvit capidem. 23. ſolida centum 14. relictum illi ſeſtertium trecenties. 17. relictus teſtamento tibi. 20
Reliquias dividere pueris. 38
Remisſio ludorum. 31
Reporrigere. 23
Repoſitorium 31. occupavit menſam. 21
Res horribilis 34. veneraria. 32. 50



Digitized by Google

32. re cauſſa mea 37. ſua. 19
Reſalutare benignus. 15
Reſecare ungves milvo. 17
Reſperſit eos oleo. 36
Reſpicere ad comitem 33 ad delicias ſuas 35. ad eum 23. 32. ad menſam 31. reſpexit ad nos 20. reſpicias poſt te. 28
Reſpondere convicio 30. non reſpondet mihi venter. 19
Rediculus aureus. 38
Retroverſus, tanqvam coda vituli. 16
Reverebatur Fortunatam. 24
Revertebatur ad naturam. 24
Revocari, 23. 75
Ricinus. 28. 80. 81
Ricium. 28
Revocatus cibo. 74. 107
Rideat alios 28. riſit hanc crepidationem 36. riſerunt inter ſe 39. ridere uſqve ad lachrymas 27. rideri. 32
Ridiculi videmur tibi 28
Ringentem me non facies. 48
Riſus compreſſus 29. riſum caſtigamus. 19
Rixa 36. inter zelotypos & amaſiunculas 17. rixam facere ad 42
Rogo: menſis December eſt? 29. 182. nunqvid tenes? 21. puto interfuiſti 49. putatis me contentum? 10. vos oportet credatis 35. rogabat misſionem 25. rogamus nocturnas, ut 35. rogata in funus 44. rogabit pro illo nemo. 21
Roſtrum barbatum. 48
Rubricati libri. 18
Ruſticus perdiderat porcũ. 16

S.

SAcrum perfuſum apparatu religioſo. 31
Sagana venefica. 85
Salſum eſt. 43
Saltare odaria per gradus. 24
Saltuariorum teſtamenta. 24
Salvum me ſic habeatis 40. fit, qvod tango 34. ſalvo tuo ſermone. 34
Sangven. 30
Sapa. 39
Sapiebat ipſum aprum. 38
Saplutus. 8
Satana. 29
Satisfaciebam dominæ 48. 116 domino. 28
Satur pane. 29. ſaturi ſiamus. 18
Saturnalia. 29. 82. maxillæ agunt. 15
Sauciæ mulieres. 39
Saucunculum. 37
Scelero. 74
Scelio magnus. 22
Scemas loqvi. 25
Scholaſtici naſcuntur hoc ſigno, 11. ſcholaſticos timeo. 32
Scio litteras. 29. nihil 9. rhetoricam

Digitized by Google

torieam 30. ſcitis, quam agant fabulam? 30. ſcis, qvod dedi epulum 43. ſcias oportet. 17. ſcitum eſſet. 23
Scius. Sciæ mulieres. 35
Sclopeta. 56
Scobs croco & mino tincta. 39
Scordalias de medio agite. 30
Scriblita frigida. 37
Scruta. 33
Scylax, 35. 36. 93
Seceſſum habere. 12
Seco. ſecti ſunt. 18
Secundum illum diſcumberem 28. literas difficillimum 26. pedes meæ ſtatuæ 43. viam. 33
Sedet ſervus ad pedes. 40. adde 36. ſedent in tribunali 43
Seduxit me. 42
Selevcus. 13
Selibres pendentia cochlearia. 6
Semiſſem. 33
Sempiterno. 17
Senape. 38
Senex ſus. 20
Sentiet patrimoniū *illius*. 17
Seplaſium. 49
Serapa. 49
Seria ſapæ. 27
Sericulus. 59
Sermones convivarum 13. ſermonibus] publicatis dare operam. 16
Servo. ſerva me, ſervabo te. 15
Servulus ad latus. 19
Servus coactus eſt facere. 17. nequam 40. & ſervi ſunt homines. 42. 102. 103. ſervi orcularii. 14
Seſſorium. 50, 119
Seſtertius homo 17. ſeſtertiarii gladiatores. ibid.
Sevir. 28. 37
Seviratus gratuitus: detalus abſenti. 106
Si, id eſt ſiquidem. 47
Si me amas. 20. qua fides eſt 34 quid vis, ego & tu. 29
Sibi ludos faciunt. 46. peccat quiſque 17. verum. 19
Sic fruniſcaris peculiū tuū 48. videas me felicem. 32. vos felices videam. 44. ſic vides illum 30. ſic cœnare ſolebat, quomodo rex 10. creſcebat tanquam. 15. 43. moriar, ut non erubeſcam mortuus 21 ſic, uti putes vere. 23
Sine dubio trepidavimus. 4 fuga ferrum dare. 17
Sinu texit trepidantem. 47
Solide natus nemo. 19
Solium. 46. 108
Solve me, dicam tibi. 30. ſolvi pro capite. 28
Sonare cœperunt lacunaria 31 ſonat mihi circa ſtomachū 19.

Son-

Digitized by Google

Sonchus cicerbita, 95
Sonus acidior. 40
Sophos clamamus. 11
σπάργανα σπάρξαι. 69
Spargunt arenam in amphitheatro 6. ſcobem 39. ſparſerat cani latranti, quicquid 45. ſpargi mero. 46
Spectat holera, 11. ſicuti Venus 40
Sponſione provocare quem ſi &c. 42
Sportellæ textæ palmulis. 12
Staminatæ. 13
Stamniatæ. 61
σαμνός, σαμνίον σαμνάριον. 61
Statunculum. 22
Staturæ alicujus eſt. 17
Stera, ſtercula, ſtericula. 55
Sterilicula. 7
Stertera, ſtertora. 48. 115
Stichus. 50
Stigma 40. habebit 17
St'ps. 14
Stabam 33. ſto multis pedibus. 11. ſtabat ad pedes. 29
Stolatæ. 16
Storaria. 58
Strabonias. 99
Strabo. 40. ſtrabones. 11
Stragula alba 50. bona. 14
Stratum. 17
Strepitus funebris. 51
Strigæ. 34. involant puerum. 35
Strophæ elegantes 31
Studioſus ſum in argento. 23.
Stufa : ſtufare. 105. 106
Stupes. 30. tanquam hircus mercuſia. 29
Suavis eſſe, 35. ſolebas in convictu. 32
Suaviter ſit, 30. vobis, rogo. 48. fuit 37. ſuaviter facere ſibi. 44
Suavius, ſuavis. 88
Sub alapa eſt. 7. dentem venies recte. 29
Subjecit cervam Dianæ. 31
Subinde 1. 19. intraverunt Æthiopes. 6
Subirate. 36
Subiter. 93
Subornatus buccinator. 1
Subſeſſores cum venabulis. 11
Succoſi ſunt. 9. 59
Succollatrices. 126
Sues albi tres, 19. 71. tintinnabulati. 71
Sufflaſſes eos, procidiſſent. 17
Sum. eſt ubi non putes. 8. ſub alapa 9. fuit bene ſvaviter. 37. eſt mihi peſſime, ne quæratur. 25. te videre 38. fuitam, quam vos eſtis. 48. ſunt veſtra. 30
ad Summam, in ſumma. 57
Super eum incumbens 47. hoc officium poſitus. 4
Supra me diſcūbebat 27. ſupra ſeptuaginta annos tulit ſecum. 15

Sur-

Surſum, deorſum faciunt 35.
Suſtinere, ſuſtinebat gremio poma et uvas. 31. ad 25
Suſtulit vultum 4. metum. 14
Sycamina. 30. 96
Suſum cellatio. 53
Suum ſeſtertium decies vidit. 10. ſua octoginta poſſidet. 9

T.

TAm facile, quam 29. plane, quam 51. valde, ut 51
Tamen abiit 13. elatus eſt. 14. munus dedi 18. narrabo. 32. verum, quod frunitus eſt. 14. veſtiarius eſt 17. virtutem habet aliquam. 13
Tangunt mures iſta. 50
Tangomenas faciamus. 7. 46. 53. 54
Tanquam corvus, niger. 15. vid. 14. laudatus eſſet, protulit de ſinu. 40. loco hoc trajecit eam. 34. moleſtus tibi ſim ego. 23. mures ridẽtur 16. orcus, fortis. 38
Tanto melior. 41. 101. tantum non dixerat, quid 49
Taurulus. 11
Taurus quam jactet, digna. 17
Τέγ[illegible]ειν. 54
Tentavi aſſurgere. 36. tentare juſſit, an. 50
Tenes Herculis ærumnas. 21. me 29. teneant ſe ſuis. 35. tenere me non potui. 21
Terentius copo. 32
Tertiarius gladiator. 19
Thebaciæ. 12. 60.
Theca repoſitorii. 10
Theſaurum eſt litteræ. 19
Theſaurum invenit. 9
Theſpis tragædus. 102
Thoracæ, thoracidæ, θοϱακίδες. 126
Tintinnabulis culti ſues. 19
Toga perverſa. 30
Tollo, tollere Jovem. 34. mala duo. 38. ſuſtulit mentum illius 14. ſuſtulerunt nos inde pugno 38. ſuſtuli illam de machilla. 47. me de negociatione. 49. ſuſtulit caput de tabula. 18. ſuſtulerunt ex hac maſſa. 22. ſublatus clamor. 12. ſublata in horreum quingenta millia medium tritici. 24
Tonſtrineum artificium. 70
Τοϱύνας. 114. 115
Traducere ſe ipſum. 17. traduxit poemata. 13
Trajecit annulum in dextram. 46. collum lancea. 34. mulierem mediam. ibid.
Tranſire circulos. 24. limen 4. tranſeat me lucrum. 32
Tripedia. 115
Triſtimonium. 34
Trullæ, 48. 114. 115
Tuber terræ. 29
Tueri officium. 8
Tutela loci. 27

V. Va-

Digitized by Google

V.

VAcantio, 92
Vaccato. 35
Vacillavit. 10
Valde bene ſcio,unde. 22
Valet lotium ſuum. 28
Valetudinem bonam ſibi optarunt. 32
Vaporarium, 109
Vaſus fictilis. 28
Vaſum æneum. 23
Velle verbi uſus. 101.102
Venatica jumenta. 49
Venenarii. 11
Venerare. 89
Venerariæ *res.* 32
Venit decretum.25.dies tertiius 1.febris.27.in rationes. 24.venio vobis longe, late 30
Venter mihi non reſpondet. 19. ventres. 28.80
Vermes naſcuntur in carne molli. 28
Verſipellis. 34.
Verſus intro. 34
Vervex. 57.58
Veſtiarius eſt calda potio. 13
Vervęculi. 57.58
Vexatione minima contracta. 31
Vibrant pilæ,fabulæ. 19
Vicesima.43. vicesimam qvando numeraſti. 29
Viceſimarii. 37
Video. vide modo. 23. vide, ponas.29.viderint, qvi 34. videt æs per argentum 27. videas caſulas noſtras. 18. vidit ſeſtertium decies. 10. video te talem. 32. vidiſſet libenter fractas cervices ejus. 25. videbo recte 29
Vindemia. 14
Vineæ ad monumenta. 104
Vinum, vita.7. defluens ſacco 46. in cerebrum abiit.13. in manus dedere. 6. ſub menſa effundi jusſit. 46
Vipera 50. viperam ſub alia nutricas. 50
Virtutem habet aliqvam. 13
Vitalia. 50
Vitalis lectus. 14
Vitellio piperato circumdata ficedula. 6
Vitrea vilia. 22
Vitulus elixus,galeatus,31.vituli coda. 16
Vivere illud erat.15. qvare nō vivamus. 44. vivere poſt mortem 43.me ſpero ſic,ut 25. vivit vinum diutius, quam homuncio. 7. vixit honeſte. 14
Ulyxes ſic notus? 10
Ulyſſes brevis, 72
Umbras cecidi. 33
Ungventaria 47. ungventarii. 11
Ungvento lavit manus. 19
Ungvis ejus pluris, quam tu totus.8. ungvibus me qværas curabo. 47

Un-

Digitized by Google

Unqvam tandem. 33. 40

Unus ſervus Agamemnonis. 1. libitinarii 51. unus de nobis. 11

Unxerunt pedes. 44. 101. ungves. 12.

Volo ſit genus omne circa 43. guſtare illum de jure. 185 vult ſibi non malæ. 9. velit, nolit. 44

Volpis uda. 30

Vomuit inteſtina ſua. 30

Urbanitas jocantis. 23. v. 11

Urceatim plovebat 16

Urnales ſcyphi.

Urſinæ fruſtum. 38.

Usque hoc. 1. usque ad lachrymas ridere. 27. in lucem 46

Ut impendat male, non ſentiet. 17

Utres inflati. 13. puſilli. 9

Vulpes foras. 16

Uxor illum ploravit. 14

X.

X Pro ſ. 66

X pro ſs, exe, p, eſſe 34. 92

X pro cc. p. 98

Χρήσιμευειν, in re turpi. 116

Z.

Zelotypa, 40. zelotypi. 17


*Legenda pro excuſis.*

*p. 61. Crediderim autem crediderim artem, p. 62 βασιλεὺς, βασιλίσκος. βασιλεὺς βασιλίσσα. p. 71. à ſtomacho ad caput. à ſtomacho ad corpus. p. 73. iſiciatam. iſiciatum. p. 75. De bermeroſin me, de bermeroſine. p. 81. ῥαίνουσι ῥαίνουσι. p. 83. ironicè vocat, ironicè vocant p. 93. novendiale: tum, novendiale cum. p. 94. Rivius. Rivus. p. 109. ἀποθυμιᾶν ὀποθυμιᾶν. p. 115. falcipediam, ῥαιβοσκελῆ, δρεπ. p. 119. fuſtiſiſſor, fruſtiſiſſor. p. 121. lin. ult. genuinum geminum p. 122. ἐπὶ πολὺ κατερεῖν ἐπ πολὺ καϊερσεῖν. p. 123. clauſo & dil. claſſi & dil. p. 126. bina vel terna, bina vel terra. p. 28. τόπος ἰῶν πορνευόντων, τουτέστι. p. 142. excedere exercere. p. 272. Mercurii, Mercarii. p. 295. ad Præpoſitum culinæ Præpoſitum culinæ. ibid. Juſculorum. Juſcularum. Ind. κασαυρα, κασαυρὰς pro κασαυρὰς, κασαυρὰς.*

***FINIS.***

Digitized by Google

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE
LYON
1897

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google